

*CONSTITUTIONES  
CLERICORUM REGULARIUM  
SANCTI PAULI DECOLLATI  
LIBRIS QUATTUOR DISTINCTAE*

COSTITUZIONI  
DEI CHIERICI REGOLARI  
DI SAN PAOLO DECOLLATO  
IN QUATTRO LIBRI

CONSTITUTIONUM  
LIBER PRIMUS.  
DE CONSTITUTIONIBUS.  
CAPUT I.

Omnia honeste et secundum ordinem fieri debere praecipit Sanctus Paulus Apostolus<sup>a</sup>. Hanc Apostolicam doctrinam secuti maiores nostri et sanctas quoque imitati societates, nascenti huic Clericorum Regularium Congregationi opportunas scripsere Constitutiones. Nam, cum ii perfecta quadam vitae spiritualis via ingressi essent, quae, fere veterum illorum Patrum instituta repraesentans, ad absolutum mundi contemptum plenamque mortificationem deduceret, simul et divinum cultum religiosamque vivendi rationem (quam temporum calamitate non mediocriter labefactatam viderent), sacris potissimum sermonibus habendis sanctorumque Sacramentorum frequentatione introducenda, restituere et quantum possent propagare conarentur (pluribus in dies ad eorum disciplinam, divina favente clementia, se convertentibus) Clericorum Regularium Congregationem, in qua perpetuo eiusmodi pia sanctaque studia vigerent, summis Pontificibus omnia approbantibus, constituerunt. Atque, cum iidem praecipua quadam observantia et cultu erga Sanctum Apostolum Paulum affecti essent, libenterque eius epistolis volutandis publiceque interpretandis se exercerent, eiusdem Apostoli nomine illam honestari et muniri curarunt, et eo quasi duce, Deo militare sunt professi; eo inquam decollato, cum ita eorum studia postularent, quae, non ad doctrinam tantum, sed ad passiones etiam Apostoli imitandas ferebantur. Et, ut omnia, quemadmodum diximus, honeste et secundum ordinem inter eos perpetuo se haberent, quales ea initia desiderabant

LIBER PRIMUS  
CAPUT I  
DE CONSTITUTIONIBUS

*1 - Omnia honeste et secundum ordinem fieri debere praecipit Sanctus Paulus Apostolus (I Cor., XIV, 40). Hanc Apostolicam doctrinam secuti maiores nostri et sanctas quoque imitati societates, nascenti huic Clericorum Regularium Congregationi opportunas scripsere Constitutiones. Nam, cum ii perfecta quadam vitae spiritualis via ingressi essent, quae, fere veterum illorum Patrum instituta repraesentans, ad absolutum mundi contemptum plenamque mortificationem deduceret, simul et divinum cultum religiosamque vivendi rationem (quam temporum calamitate non mediocriter labefactatam viderent), sacris potissimum sermonibus habendis sanctorumque Sacramentorum frequentatione introducenda, restituere et quantum possent propagare conarentur (pluribus in dies ad eorum disciplinam, divina favente clementia, se convertentibus) Clericorum Regularium Congregationem, in qua perpetuo eiusmodi pia sanctaque studia vigerent, Summis Pontificibus omnia approbantibus, constituerunt. Atque, cum iidem praecipua quadam observantia et cultu erga Sanctum Apostolum Paulum affecti essent, libenterque eius epistolis volutandis publiceque interpretandis se exercerent, eiusdem Apostoli nomine illam honestari et muniri curarunt, et eo quasi duce, Deo militare sunt professi; eo, inquam, decollato, cum ita eorum studia postularent, quae, non ad doctrinam tantum, sed ad passiones etiam Apostoli imitandas ferebantur. Et, ut omnia, quemadmodum diximus, honeste et secundum ordinem inter eos perpetuo se haberent, quales ea initia desiderabant sibi Constitutiones scripsere.*

<sup>a</sup> I Cor. XIV, 40 [Omnia autem honeste et secundum ordinem fiant].

LIBRO PRIMO DELLE COSTITUZIONI [—]<sup>1</sup>  
Capitolo 1  
LE COSTITUZIONI

[1] L'apostolo San Paolo prescrive che *tutto* deve essere fatto *decorosamente e con ordine*<sup>2</sup>. In conformità a questo insegnamento apostolico e inoltre prendendo esempio da altre famiglie religiose, i nostri maggiori redassero delle Costituzioni adatte a questa nuova Congregazione di chierici regolari<sup>3</sup>. Intrapresero infatti un esigente cammino di vita spirituale, che, riallacciandosi agli istituti degli antichi Padri, li conducesse a un totale disprezzo del mondo e a una completa mortificazione. Allo stesso tempo cercarono di ristabilire e, per quanto possibile, incrementare il culto divino e la vita cristiana (che quei tempi infelici avevano non poco affievolito), soprattutto attraverso la predicazione e la promozione della frequenza ai sacramenti. Grazie a Dio, molti si rivolgevano di giorno in giorno alla loro disciplina, e perciò istituirono, con l'approvazione dei Sommi Pontefici, una Congregazione di chierici regolari, nella quale il loro progetto di vita permanesse nel tempo. Essi erano animati da particolare amore e venerazione verso l'Apostolo Paolo, e si dedicavano volentieri alla meditazione e alla pubblica spiegazione delle sue lettere; perciò vollero che la Congregazione prendesse nome e venisse protetta da quell'Apostolo e si impegnarono a prestare servizio a Dio sotto la sua guida. Sotto la guida, si badi, di Paolo *decollato*, desiderando così imitare non solo la sua dottrina, ma anche le sue sofferenze. E perché tutto fra loro si svolgesse sempre, come abbiamo detto, decorosamente e con ordine, scrissero delle Costituzioni, quali le richiedeva la condizione iniziale. Dal momento però che ormai la Congregazione, grazie a Dio, si è diffusa in molti luoghi, si è ingrandita e continua a crescere di giorno in giorno, sembra a noi, che siamo i

§ 1  
La Congregazione e  
le Costituzioni

<sup>1</sup> † Il primo libro delle Costituzioni tratta delle Costituzioni stesse e delle persone che compongono la Congregazione. Cf. *infra*, § 2 [n. 2] [N.d.C.].

<sup>2</sup> I Cor 14:40.

<sup>3</sup> † Il riferimento è alle Costituzioni del 1552 [N.d.C.].

sibi Constitutiones scripsere. Nunc autem, Congregatione per plures civitates, Deo propitio, iam deducta, aucta, in diesque crescente, cum novis Constitutionibus ei opus esse nos, eorum, licet indigni, successores, viderimus (non enim quod nascenti satis erat, etiam adultae sufficere potuit) ut quae ab eis facta et constituta sunt quantum possumus imitemur studioque atque opera prosequamur (quippe qui eundem intuemur scopum, ut scilicet, saeculo renunciantes totosque nos Deo dedicantes, animarum saluti deserviamus) ad hoc opus faciendum ex concessione Apostolica sumus aggressi.

Quod quidem ita distribuemus, ut, postquam de Constitutionibus ipsis et de personis ex quibus Congregatio constituitur **primo libro** egerimus, quae praecipua sunt ipsius Congregationis (vota scilicet, divinum cultum, sacras et spirituales exercitationes, nonnullaque ad rectam disciplinam pertinentia) tractemus; mox tertium librum de munerum functionibus ad proximorum salutem praestandis, et si quid coniunctum fuerit, constituamus; quarto libro quae ad eius administrationem pertinent complectamur.

Licet autem ad eorum quae constituuntur auctoritatem confirmandam et sancendam tum parendi necessitas imponenda, tum poena iis qui non pareant constituenda sit (ideoque idem nobis in hisce Constitutionibus scribendis sequendum duxerimus) confidentes tamen omnes qui in disciplina nostra perfectiorem vitae rationem secuti fuerint, ea omnia studiose promptoque animo praestituros quae ad eiusmodi disciplinam perfectionemque pertinere intelligent, absolute neque parendi necessitatem cum peccati obligatione imponere, neque poenas irrogare visum est; sed tantum hac adhibita moderatione: poena quidem aliqua, sive in Constitutionibus vel ordinationibus expressa sit, sive

*Nunc autem, Congregatione per plures civitates, Deo propitio, iam deducta, aucta, in diesque crescente, cum novis Constitutionibus ei opus esse nos, eorum, licet indigni, successores, viderimus (non enim quod nascenti satis erat, etiam adultae sufficere potuit) ut quae ab eis facta et constituta sunt quantum possumus imitemur studioque atque opera prosequamur (quippe qui eundem intuemur scopum, ut scilicet, saeculo renunciantes totosque nos Deo dedicantes, animarum saluti deserviamus) ad hoc opus faciendum ex concessione Apostolica sumus aggressi.*

*2 - Quod quidem ita distribuemus, ut, postquam de Constitutionibus ipsis et de personis ex quibus Congregatio constituitur **libro primo** egerimus, quae praecipua sunt ipsius Congregationis (vota scilicet, divinum cultum, sacras et spirituales exercitationes, nonnullaque ad rectam disciplinam pertinentia) tractemus; mox tertium librum de munerum functionibus ad proximorum salutem praestandis, et si quid coniunctum fuerit, constituamus; quarto libro quae ad eius administrationem pertinent complectamur.*

*3 - Licet autem ad eorum quae constituuntur auctoritatem confirmandam et sancendam tum parendi necessitas imponenda, tum poena iis qui non pareant constituenda sit (ideoque idem nobis in hisce Constitutionibus scribendis sequendum duxerimus) confidentes tamen omnes qui in disciplina nostra perfectiorem vitae rationem secuti fuerint, ea omnia studiose promptoque animo praestituros quae ad eiusmodi disciplinam perfectionemque pertinere intelligent, absolute neque parendi necessitatem cum peccati obligatione imponere, neque poenas irrogare visum est; sed tantum hac adhibita moderatione: poena quidem aliqua, sive in Constitutionibus vel ordinationibus expressa sit, sive Canonum poenitentia-*

loro indegni successori, che essa abbia ora bisogno di nuove Costituzioni (infatti ciò che le bastava alla nascita non può esserle sufficiente anche ora che è diventata adulta). Perciò, per imitare e continuare, per quanto possibile, ciò che essi fecero e disposero (tendiamo infatti al medesimo scopo, che cioè, rinunciando al mondo e consacrandonci totalmente a Dio, attendiamo alla salvezza delle anime), ci accingiamo a compiere quest'opera col permesso della Sede Apostolica.

[2] Distribuiremo la materia nel seguente modo: dopo esserci occupati nel primo libro delle stesse Costituzioni e delle persone da cui è composta la Congregazione, tratteremo degli elementi costitutivi della Congregazione stessa (e cioè i voti, il culto divino, le pratiche spirituali e le varie questioni riguardanti la disciplina regolare); seguirà poi il terzo libro sulle attività apostoliche ed eventuali annessi; nel quarto libro infine raccoglieremo ciò che riguarda il governo della Congregazione.

[3] Benché, per confermare e sancire autorevolmente quanto si dispone, bisognerebbe imporre l'obbligo dell'obbedienza e punire coloro che non obbediscono (e infatti nello stendere queste Costituzioni avremmo voluto seguire tale criterio), tuttavia abbiamo fiducia che tutti quelli che secondo la nostra disciplina osserveranno una norma più perfetta di vita, compiranno con cura e con animo risoluto tutto ciò che capiranno utile a tale disciplina di perfezione, e perciò non ci è parso affatto opportuno imporre l'obbligo di obbedire sotto pena di peccato né di infliggere pene. Ci è sembrato più opportuno seguire il seguente criterio: nessuno sarà tenuto ad alcuna pena, sia essa espressa nelle Costituzioni o nelle delibere capitolari, sia essa contenuta nell'elenco dei canoni penitenziali<sup>4</sup>, a meno che, quando si commette una colpa, quella

§ 2  
Divisione delle  
Costituzioni

§ 3  
Obbedienza alle  
Costituzioni

<sup>4</sup> ‡ Cf. *infra*, Appendice [N.d.C.].

Canonum poenentialium descriptione contineatur, nemo teneatur, nisi, cum erratum commiserit, etiam specialiter ei iniuncta fuerit (idque nisi ipso facto irrogari constituatur): peccati vero vel mortalis vel venialis vinculo nemo qui contra Constitutiones vel ordinationes aliquas fecerit obligetur, nisi alias, votorum vel contemptus causa, aut alio nomine, iure sit obligatus, aut vero praeceptum interveniat.

Praeceptum autem facere ad Praepositum Generalem pertineat, consensu Assistantium adhibito; etenim res eiusmodi est quae neque facile neque levibus de causis fieri debet. Poterit etiam talem potestatem, cum eorumdem consensu,

**aliis Praepositis** quandoque communicare, **maxime Provincialibus, cum fuerint;**

quod tamen passim non faciat, sed gravi tantum de causa, puta ob locorum distantiam vel aliquorum contumaciam; habita etiam ratione personae cui communicet. Visitoribus quoque poterit communicare.

Qui tamen **Praepositi** et Visitores praeceptum faciant cum consensu quatuor ex maioribus Officialibus vel senioribus Patribus Collegii, in quo praeceptum faciendum sit, aut vero cum consensu eorum qui in scripto concessionis nominati fuerint.

Praeceptum quicumque faciat, scripto faciat, cum subscriptione sua et eorum de quorum consensu supra diximus; idque formula **praescribenda**.

Omnes aliae Constitutiones ac ordinationes cuiuscumque generis, harum sanctione antiquatae intelligantur.

*lium descriptione contineatur, nemo teneatur, nisi, cum erratum commiserit, etiam specialiter ei iniuncta fuerit (idque nisi ipso facto irrogari constituatur): peccati vero vel mortalis vel venialis vinculo nemo qui contra Constitutiones vel ordinationes aliquas fecerit obligetur, nisi alias, votorum vel contemptus causa, aut alio nomine, iure sit obligatus, aut vero praeceptum interveniat.*

*4 - Praeceptum autem facere ad Praepositum Generalem pertineat, consensu Assistantium adhibito; etenim res eiusmodi est quae neque facile neque levibus de causis fieri debet. Poterit etiam talem potestatem, cum eorumdem consensu,*

*Praepositis Provincialibus* quandoque communicare:

*quod tamen passim non faciat, sed gravi tantum de causa, puta ob locorum distantiam vel aliquorum contumaciam; habita etiam ratione personae cui communicet. Visitoribus quoque poterit communicare.*

*Qui tamen **Provinciales** et Visitores praeceptum faciant cum consensu quatuor ex maioribus Officialibus vel senioribus Patribus Collegii, in quo praeceptum faciendum sit, aut vero cum consensu eorum qui in scripto concessionis nominati fuerint.*

*Praeceptum quicumque faciat, scripto faciat, cum subscriptione sua et eorum de quorum consensu supra diximus; idque formula **praescripta**.*

*5 - Omnes aliae Constitutiones ac ordinationes cuiuscumque generis, harum sanctione antiquatae intelligantur.*

pena non sia stata espressamente comminata (o non sia stabilito che si incorre in essa *ipso facto*); inoltre, se uno agisce contro le Costituzioni o qualche delibera capitolare, non commette peccato mortale o veniale, a meno che non sia altrimenti obbligato dal diritto (o per i voti o per disprezzo o per un altro motivo) o nel caso in cui intervenga il precetto<sup>5</sup>.

[4] Dare il precetto spetta al Preposito generale col consenso degli Assistenti. Si tratta infatti di una soluzione tale che non vi si deve ricorrere con troppa facilità né per futili motivi. Talora, sempre col consenso degli Assistenti, egli potrà delegare tale facoltà anche agli altri Prepositi, soprattutto ai Provinciali, quando ci saranno [ai Prepositi provinciali]; tuttavia non farà ciò indiscriminatamente, ma solo per un motivo grave, come per esempio per la distanza o per l'ostinazione di alcuni, e tenendo anche conto della persona a cui delega tale facoltà. Potrà pure delegarla ai Visitori. Anche i Prepositi [Provinciali] e i Visitori però daranno il precetto col consenso di quattro degli Ufficiali maggiori o dei Padri più anziani del Collegio in cui si deve dare il precetto, oppure col consenso di coloro che sono indicati nell'atto di delega.

Chiunque dà il precetto, lo farà per iscritto, con la sua firma e con quella di coloro di cui è richiesto il consenso, facendo uso della formula da stabilire [stabilita].

[5] Con la promulgazione delle presenti Costituzioni, tutte le altre Costituzioni e delibere capitolari di qualsiasi genere saranno considerate abrogate.

<sup>5</sup> ‡ Si veda, nell'*Introduzione storica*, la disputa sorta in seguito alla pubblicazione della bolla di approvazione *Cum sicut accepimus*, in cui Papa Gregorio XIII ingiungeva l'osservanza delle Costituzioni *in virtute sanctae obedientiae sub indignationis suae poena*, un vincolo che a molti sembrava, giustamente, in contrasto con il disposto delle Costituzioni. Per il testo della bolla di approvazione, si veda fra gli *Allegati*, n. III [N.d.C.].



Constitutiones omnes plene serventur; sed aliquando tamen, necessitate vel iusta causa urgente, aut maiore utilitate postulante, dispensari seu venia dari poterit, modo specialiter Constitutionibus ipsis, ordinatione Capituli Generalis, aut Superiorum iussione prohibitum non sit.

Praepositi locales, in iis quae ad quotidianam communis vitae disciplinam usumque pertinent, cum Collegialibus suis, et etiam alienis quos eo loco morari accidat, et secum ipsi, dispensare poterunt. Sed eiusmodi veniam perennem alicui dare non debebunt; verum renovandam, prout opus fuerit: neque etiam toti Collegio, nisi forte ex magna causa. Atque in his, tum superius positas causas, tum simul Congregationis scopum, hoc est salutem animarum, spectabunt; servabuntque quod eis generaliter praescriptum est ut in gravioribus Praepositum **Generalem vel Provinciales, si sint**, consulant.

Cessante causa dispensationis, cesset quoque dispensatio.

**Ut autem harum Constitutionum observantia maneat, Apostolica praesertim auctoritate nitentium, simul ut cupiditatibus et malis tentationibus aditus intercludatur, constituimus ut qui (contempta vel praetermissa eorum quibus talium rerum facultas commissa est auctoritate) abrogationem, derogationem aut dispensationem impetrare circa illas aut aliquam earum conatus fuerit, is dignitate et gradu quem forte tunc obtineat, et item voce activa et passiva, si obtinet, et, si non obtinet, iure eam consequendi, ipso facto privatus sit: idque praeter graviores etiam poenas arbitrio Capituli Generalis vel Generalis Praepositi subeundas; habita tamen, eorundem arbitrio, gravioris vel levioris culpa ratione.**

**6 - Constitutiones omnes plene serventur; sed aliquando tamen, necessitate vel iusta causa urgente, aut maiore utilitate postulante, dispensari seu venia dari poterit, modo specialiter Constitutionibus ipsis, ordinatione Capituli Generalis, aut Superiorum iussione prohibitum non sit.**

*Praepositi locales, in iis quae ad quotidianam communis vitae disciplinam usumque pertinent, cum Collegialibus suis, et etiam alienis quos eo loco morari accidat, et secum ipsi, dispensare poterunt. Sed eiusmodi veniam perennem alicui dare non debebunt; verum renovandam, prout opus fuerit: neque etiam toti Collegio, nisi forte ex magna causa. Atque in his, tum superius positas causas, tum simul Congregationis scopum, hoc est salutem animarum, spectabunt; servabuntque quod eis generaliter praescriptum est ut in gravioribus Praepositum **Provincialem vel Generalem** consulant.*

*Cessante causa dispensationis, cesset quoque dispensatio.*

[6] Saranno osservate integralmente tutte le Costituzioni. In certi casi tuttavia, per necessità o per una giusta causa oppure per una maggiore utilità, si potrà dispensare o esonerare, purché ciò non sia espressamente proibito dalle stesse Costituzioni, da una delibera del Capitolo generale o da una disposizione dei Superiori.

I Prepositi locali potranno dispensare i religiosi della loro comunità e anche altri che si trovassero a vivere in quella casa, e persino sé stessi, in ciò che riguarda la disciplina e la pratica quotidiana della vita comune. Non dovranno dare a nessuno un simile esonero per un tempo illimitato, ma solo da rinnovare di volta in volta, secondo il bisogno; e neppure a tutto il Collegio, eccetto che per un grave motivo. A questo proposito, terranno presenti le motivazioni su esposte e allo stesso tempo lo scopo della Congregazione (cioè la salvezza delle anime)<sup>6</sup>, e osserveranno ciò che è loro prescritto come principio generale, che, nelle questioni più importanti, si rivolgano al Preposito generale o, se ci saranno, ai Provinciali [provinciale o generale].

Con la cessazione del motivo della dispensa cesserà pure la dispensa.

Perché sia salvaguardata l'osservanza di queste Costituzioni, che si fondano principalmente sull'autorità apostolica, e allo stesso tempo perché sia sbarrata la strada ai desideri e alle cattive tentazioni, disponiamo che chi (disprezzando o trascurando l'autorità di coloro ai quali tale facoltà è stata affidata) tenterà di ottenere l'abrogazione, la deroga o la dispensa riguardo a esse o a qualcuna di esse, costui sia ipso facto privato della dignità e del grado che occuperà in quel momento, e così pure della voce attiva e passiva, se la possiede, e, se non la possiede, del diritto di ottenerla; e questo, oltre le pene anche più gravi che dovrà subire a discrezione del Capitolo generale o del Preposito generale, tenendo conto tuttavia, a discrezione degli stessi, della maggiore o minore gravità della colpa [—].

§ 7  
Dispense e permessi

§ 8  
Facoltà di dispensa dei Prepositi locali

§ 9 Cessazione delle dispense

§ 10  
Pene per chi attenta alle Costituzioni

<sup>6</sup> ‡ Cf. *supra*, § 1 [n. 1] [N.d.C.].

Si quid in his Constitutionibus, vel in aliis ex harum praescripto condendis, interpretationem aut declarationem postulare visum fuerit, ad Capitulum Generale id muneris referatur, et quod maior pars, tribus tractatibus diversis diebus habendis, senserit, id ratum firmissimumque sit. Quod si ante Capituli tempus praesenti remedio opus sit, Praepositus Generalis, cum consensu Assistentium, quid interim fieri debeat decernat; et tamen ad Capitulum Generale, cum primum habebitur, res deferatur; ut, vel quod actum est probet, vel aliter pro arbitrio suo constituat.

Novae Constitutiones, nisi magna de causa, ne fiant. Et cum de tali negotio consultandum fuerit, prius diligenter consideretur num possit aliqua alia ratione provisum esse intelligi, aut interpretatione provideri. Et tamen si nova Constitutione opus esse perspiciatur, ea tribus Capitulis Generalibus diversis annis celebrandis, tamquam Constitutio, a maiori parte Capituli approbetur; cum declaratione tamen ut, post primam approbationem, ea tamquam ordinatio Capituli servetur, sed non nisi post tertiam Constitutio habeatur. Idem fiat si agatur de Constitutione aliqua in totum vel ex parte abroganda.

Cum quisque ea quae illi servanda sunt scire perfecte debeat, studeant singuli, quatenus ad se pertinet, Constitutiones cognoscere: quod ut singillatim et in universum efficiatur, Superiores omnino curent. Ut autem universi cognoscant, hac ratione utantur, ut quoties aliquid grave agendum est de quo Constitutio habeatur, nisi forte ob nimiam frequentiam aliquando intermittendum sit, ea Constitutio coram iis qui interesse debent legatur.

*7 - Si quid in his Constitutionibus, vel in aliis ex harum praescripto condendis, interpretationem aut declarationem postulare visum fuerit, ad Capitulum Generale id muneris referatur, et quod maior pars, tribus tractatibus diversis diebus habendis, senserit, id ratum firmissimumque sit. Quod si ante Capituli tempus praesenti remedio opus sit, Praepositus Generalis, cum consensu Assistentium, quid interim fieri debeat decernat; et tamen ad Capitulum Generale, cum primum habebitur, res deferatur; ut, vel quod actum est probet, vel aliter pro arbitrio suo constituat.*

*8 - Novae Constitutiones, nisi magna de causa, ne fiant. Et cum de tali negotio consultandum fuerit, prius diligenter consideretur num possit aliqua alia ratione provisum esse intelligi, aut interpretatione provideri. Et tamen si nova Constitutione opus esse perspiciatur, ea tribus Capitulis Generalibus diversis annis celebrandis, tamquam Constitutio, a maiori parte Capituli approbetur; cum declaratione tamen ut, post primam approbationem, ea tamquam ordinatio Capituli servetur, sed non nisi post tertiam Constitutio habeatur. Idem fiat si agatur de Constitutione aliqua in totum vel ex parte abroganda.*

*9 - Cum quisque ea quae illi servanda sunt scire perfecte debeat, studeant singuli, quatenus ad se pertinet, Constitutiones cognoscere: quod ut singillatim et in universum efficiatur, Superiores omnino curent. Ut autem universi cognoscant, hac ratione utantur, ut quoties aliquid grave agendum est de quo Constitutio habeatur, nisi forte ob nimiam frequentiam aliquando intermittendum sit, ea Constitutio coram iis qui interesse debent legatur.*

[7] Se qualcosa in queste Costituzioni o in altre che verranno stabilite a norma di esse, sembrerà richiedere un'interpretazione o una dichiarazione, tale compito è riservato al Capitolo generale: sarà approvato e sancito ciò che la maggioranza deciderà in tre sedute da tenersi in giorni diversi. E se ci sarà bisogno di un simile intervento prima del tempo del Capitolo, il Preposito generale, col consenso degli Assistenti, deciderà che cosa si debba fare nel frattempo; in ogni caso, la cosa sarà deferita al Capitolo generale, non appena esso si terrà, di modo che ratifichi ciò che si è fatto oppure disponga altrimenti, a sua discrezione.

[8] Non si faranno nuove costituzioni, se non per un grave motivo. E quando si dovesse prendere una decisione del genere, prima si considererà accuratamente se non si possa ritenere di aver provveduto in qualche altro modo o se non si possa provvedere con un'interpretazione. In ogni caso, se si dovesse ritenere necessaria una nuova costituzione, essa sarà approvata, come tale, dalla maggioranza del Capitolo in tre Capitoli generali da celebrarsi in anni diversi, specificando però che, dopo la prima approvazione, essa sia osservata come delibera capitolare, e si consideri costituzione solo dopo la terza approvazione. Si farà lo stesso se si tratta di abrogare del tutto o in parte qualche costituzione.

[9] Dal momento che tutti devono conoscere con precisione ciò che devono osservare, ognuno cercherà, per quanto dipende da lui, di conoscere le Costituzioni. I Superiori si preoccuperanno che questo si faccia sia a livello individuale che comunitario. Perché tutti le conoscano, si userà il metodo seguente: ogniqualvolta si deve fare qualcosa di importante ed esiste una costituzione al riguardo, quella costituzione verrà letta davanti agli interessati, a meno che in qualche caso non si debba soprassedere per l'eccessiva frequenza.

§ 11  
Interpretazione  
delle  
Costituzioni

§ 12  
Nuove costituzioni

§ 13  
Conoscenza delle  
Costituzioni

Praeterea singulis annis integre coram omnibus simul congregatis legantur, singulis scilicet libris per singula sacra tempora distributis<sup>b</sup>.

Si quid vero ex eis, eorum causa qui latinas litteras nesciunt, in vernaculam linguam vertendum sit, statuatur Capitulum Generale.

DE RECIPIENDIS IN CONGREGATIONEM.  
CAPUT II.

Quoniam vero Constitutiones omnes personis describi perspicuum est ex quibus Congregatio constat, de illis recipiendis hoc loco recte agi posse videtur.

Primum autem omnium in hoc recipiendorum fratrum negotio illud certo nobis persuadere debemus, aliorum quoque exemplo edocti, ex cura et diligentia in hoc genere praestanda Congregationum conservationem potissimum pendere, et perfacile eas ab instituto discedere si res eiusmodi inconsiderate agatur.

Cum quis igitur admitti petit, Praepositus loci una cum Discretis suis (nisi aliquis sit petentis cognatus vel affinis, vel forte de nimia propensione alia ratione suspectus; quo casu eius loco primum ex ceteris professis adhibebit) eius voluntatem investiget, et omnem, tam in iis quae ad corpus quam quae ad animam pertinent, conditionem et statum diligenter exquirat; ut quo spiritu ducatur et an sit Congregationis institutis aptus cognosci possit. Atque, cum quilibet aut inter Clericos aut inter Conversos

*Praeterea singulis annis integre coram omnibus simul congregatis legantur, singulis scilicet libris per singula sacra tempora distributis, cum declarationibus, decretis ac monitis Capitulum Generale, quae in suo robore manent.*

*Si quid vero ex eis, eorum causa qui latinas litteras nesciunt, in vernaculam linguam vertendum sit, statuatur Capitulum Generale.*

CAPUT II  
DE RECIPIENDIS IN CONGREGATIONEM

**10** - *Quoniam vero Constitutiones omnes personis describi perspicuum est ex quibus Congregatio constat, de illis recipiendis hoc loco recte agi posse videtur.*

*Primum autem omnium in hoc recipiendorum fratrum negotio illud certo nobis persuadere debemus, aliorum quoque exemplo edocti, ex cura et diligentia in hoc genere praestanda Congregationum conservationem potissimum pendere, et perfacile eas ab instituto discedere, si res eiusmodi inconsiderate agatur.*

**11** - *Cum quis igitur admitti petit, Praepositus loci una cum Discretis suis (nisi aliquis sit petentis cognatus vel affinis, vel forte de nimia propensione alia ratione suspectus; quo casu eius loco primum ex ceteris professis adhibebit) eius voluntatem investiget, et omnem, tam in iis quae ad corpus quam quae ad animam pertinent, conditionem et statum diligenter exquirat; ut quo spiritu ducatur et an sit Congregationis institutis aptus cognosci possit. Atque, cum quilibet aut inter Clericos aut inter Conversos numerari de-*

<sup>b</sup> **Declaratio.** «Verba Constitutionum, ubi praecipitur ut eae singulis annis integre coram omnibus simul congregatis legantur, singulis scilicet libris per singula sacra tempora distributis, intelligenda etiam sunt de Appendicibus nec non de illis Declarationibus, Decretis ac Monitis Capitulum Generale quae in suo robore manent.»

Inoltre «le Costituzioni» saranno lette integralmente ogni anno davanti a tutti i religiosi riuniti insieme, distribuendo i quattro libri nelle quattro tempora<sup>7</sup> [insieme con le dichiarazioni, i decreti e i moniti dei Capitoli generali che sono in vigore].

Il Capitolo generale stabilirà se si debba tradurre in lingua volgare qualche parte di esse, per venire incontro a quanti non conoscono il latino.

## Capitolo 2 L'INGRESSO<sup>8</sup> IN CONGREGAZIONE

[10] È manifesto che tutte le Costituzioni vengono redatte per le persone che compongono una Congregazione; sembra perciò giusto trattare a questo punto della loro accettazione.

Ma prima di tutto, a proposito dell'accettazione di «nuovi» confratelli, ammaestrati anche dall'esempio di altri, dobbiamo convincerci di questo: la sopravvivenza delle Congregazioni dipende in particolar modo dall'attenzione e dalla cautela che si usano in questo campo ed è molto facile che esse si allontanino dal loro Istituto, se tale questione viene trattata con leggerezza.

[11] Quando dunque uno chiede di essere ammesso, il Preposito locale, insieme con i suoi Discreti (a meno che uno sia parente o affine dell'aspirante<sup>9</sup>, oppure sia per altro verso sospetto di esagerata parzialità; in tal caso lo sostituirà col primo degli altri professi), appurerà le sue intenzioni ed esaminerà accuratamente la sua condizione e il suo stato sia fisico che spirituale, in modo da poter conoscere quale spirito lo animi e se sia idoneo agli istituti della Congregazione. E siccome ognuno deve essere ammesso o fra i chierici o fra i conversi, per quanto riguarda le attività da

<sup>7</sup> **Dichiarazione:** «Le parole delle Costituzioni, dove si ordina che esse siano lette integralmente ogni anno davanti a tutti i religiosi riuniti insieme, distribuendo i quattro libri nelle quattro tempora, sono da riferirsi anche alle appendici e alle dichiarazioni, ai decreti e ai moniti dei Capitoli generali che sono in vigore» [IV ed. ⇒ n. 9].

<sup>8</sup> ‡ Di per sé, il titolo latino andrebbe tradotto «L'accettazione in Congregazione». Abbiamo preferito usare il termine «ingresso», riprendendolo dal § 14 [n. 23]. Va tuttavia notato che il verbo *recipere* è un termine tecnico con cui si designa l'ammissione giuridica in Congregazione (Cf. *Glossario*) [N.d.C.].

<sup>9</sup> ‡ Tale termine non si trova nel testo originale; lo usiamo per praticità. Esso viene utilizzato nelle ultime due edizioni, che lo riprendono dal CIC, al n. 18. Qui, nell'originale, abbiamo «richiedente» (*petens*) [N.d.C.].

§ 14  
Lettura annuale  
delle Costituzioni

§ 15  
Traduzione delle  
Costituzioni

§ 1  
Premessa

§ 2  
Importanza della  
questione

§ 3  
Primo scrutinio

numerari debeat, quod attinet ad functiones in Congregatione exercendas, in illis litterae et ingenium considerandum erit, in his iudicium et artificium; in utrisque valetudo et corporis vires cuique generi accommodatae, secundum tamen inferius explicanda.

Si nihil primo impedire videatur quo minus recipi possit, eius voluntatem Praepositus commendabit; et ad spiritum probandum alicui ex Patribus quasi in disciplinam tradet; quem is saepe adeat, **cui peccata confiteatur**, et a quo de regulari vita et de nostris institutis Congregationisque scopo doceatur (quid scilicet praestandum, quid tolerandum, quorum munerum functiones exercendae) ut, vel in bene suscepto consilio confirmetur et ad regularem vitam instruat, vel ab eo quod minus bene sibi proposuerat, utiliori consilio declinet. Eodem vero tempore de negotio Praepositum **Generalem, vel Provincialem, si fuerit**, certiore faciat.

Interim vero, tum eadem quae supra tetigimus (de eius scilicet conditione, et de vita praeterita) diligenter, etiam per extraneos et longinquos, si opus sit, investigandum erit; tum illud in primis odorandum, si recte de omni catholica doctrina sentiat; idque prout conditio personae postulet.

Quod si aliquibus aut forte plerisque de Collegio is cognitus sit, tamen ad ipsius quoque probationem spatium detur; quo ardentius a Deo lumen in re tam gravi impetrare assiduis precibus et frequenti Sacramentorum usu contendat.

*beat, quod attinet ad functiones in Congregatione exercendas, in illis litterae et ingenium considerandum erit, in his iudicium et artificium; in utrisque valetudo et corporis vires cuique generi accommodatae, secundum tamen inferius explicanda.*

**12** - *Si nihil primo impedire videatur quo minus recipi possit, eius voluntatem Praepositus commendabit; et ad spiritum probandum alicui ex Patribus quasi in disciplinam tradet; quem is saepe adeat, et a quo de regulari vita et de nostris institutis Congregationisque scopo doceatur (quid scilicet praestandum, quid tolerandum, quorum munerum functiones exercendae) ut, vel in bene suscepto consilio confirmetur et ad regularem vitam instruat, vel ab eo quod minus bene sibi proposuerat, utiliori consilio declinet. Eodem vero tempore de negotio Praepositum **Provincialem** certiore faciat.*

**13** - *Interim vero, tum eadem quae supra tetigimus (de eius scilicet conditione et de vita praeterita) diligenter, etiam per extraneos et longinquos, si opus sit, investigandum erit; tum illud in primis odorandum, si recte de omni catholica doctrina sentiat; idque prout conditio personae postulet.*

*Quod si aliquibus aut forte plerisque de Collegio is cognitus sit, tamen ad ipsius quoque probationem spatium detur; quo ardentius a Deo lumen in re tam gravi impetrare assiduis precibus et frequenti Sacramentorum usu contendat.*

svolgere in Congregazione, si dovrà considerare nei primi la cultura e l'intelligenza, nei secondi il buon senso e l'abilità, negli uni e negli altri la salute e le forze fisiche adeguate a ciascuna delle due categorie, tenendo però conto di quanto si spiegherà più avanti<sup>10</sup>.

[12] In un primo momento, se nulla sembra opporsi a un'eventuale accettazione, il Preposito loderà il proposito dell'aspirante e, per metterne alla prova lo spirito, lo affiderà alla responsabilità di uno dei Padri: si presenterà spesso a lui, da lui si confesserà [—] e da lui sarà istruito sulla vita religiosa, sui nostri istituti e sullo scopo della Congregazione (e cioè quali pratiche dovrà compiere, quali difficoltà dovrà affrontare, quali attività dovrà svolgere), cosicché sia confermato nella decisione presa e sia avviato alla vita religiosa oppure rinunci a quella che era solo una velleità in favore di una decisione più ponderata. Nel contempo informerà della questione il Preposito generale o provinciale, se ci sarà [provinciale].

[13] Nel frattempo si dovrà accuratamente indagare sulla sua condizione e la sua vita passata, se necessario anche facendo ricorso a estranei e a persone lontane; si dovrà soprattutto verificare se abbia un retto sentire riguardo all'intera dottrina cattolica, a seconda della condizione della persona.

Nel caso in cui l'aspirante sia conosciuto da alcuni o anche dalla maggior parte del Collegio, verrà ugualmente messo alla prova, affinché si sforzi con più ardore di ottenere da Dio, con la preghiera assidua e il frequente ricorso ai sacramenti, luce in una questione tanto importante.

<sup>10</sup> ‡ Cf. *infra*, c. 3, § 1 [n. 28]; § 2 [n. 21] [N.d.C.].



**14 - Ne quis invalide vel illicitè ad Novitiatum admittatur, ea prae oculis habeantur quae a Iure statuta sunt.**

Haec ponere visum est quae recipiendis impedimento sint:

si quis futurus Clericus decem et octo annis sit minor; sed tamen non prohibetur etiam recipi minores, modo saltem decimum sextum annum attigerint, idque si in ceteris valde probandi appareant; quadraginta item annis maior ne facile recipiatur, sed ex magna causa, puta ob virtutem vel scientiam:

si futurus ex Conversis minor sit decem et septem annis, vel maior triginta quatuor<sup>a</sup>:

**si quis haeresim abiuraverit, aut de haeresi probabiliter sit suspectus:**

**si schismaticus fuerit:**

**si ea irregularitate teneatur in qua raro aut difficile dispensari solet:**

*Item haec ponere visum est quae recipiendis impedimento sint:*

*si quis futurus Clericus decem et octo annis sit minor; sed tamen non prohibetur etiam recipi minores, modo saltem decimum sextum annum attigerint, idque si in ceteris valde probandi appareant; quadraginta item annis maior ne facile recipiatur, sed ex magna causa, puta ob virtutem vel scientiam;*

*si futurus ex Conversis minor sit decem et septem annis, vel maior triginta quatuor;*

<sup>a</sup> 1° Invalide ad novitiatum admittuntur:

1. Qui, relicta fide catholica, sectae acatholicae adhaeserunt; 2. Qui aetatem ad novitiatum requisitam, scilicet quindecim annorum expletorum, non habent; 3. Qui Ordinem ingrediuntur vi, metu gravi aut dolo inducti, vel quos Superior eodem modo inductos recepit; 4. Coniux, durante matrimonio; 5. Qui obstringuntur vel obstricti fuerunt vinculo professionis religiosae; 6. Hi quibus imminet poena ob grave delictum commissum de quo accusati sunt vel accusari possunt; 7. Episcopus sive residentialis sive titularis, licet a Romano Pontifice sit tantum designatus; 8. Clerici qui ex instituto Sanctae Sedis iureiurando tenentur operam suam navare in bonum suae dioecesis vel missionum, pro eo tempore quo iurisiurandi obligatio perdurat.

2° Illicite, sed valide admittuntur:

1. Clerici in sacris constituti, inconsulto loci Ordinario aut eodem contradicente ex eo quod eorum discessus in grave animarum detrimentum cedat, quod aliter vitari minime possit; 2. Aere alieno gravati qui solvendo pares non sint; 3. Reddendae rationi obnoxii aut aliis saecularibus negotiis implicati, ex quibus lites et molestias religio timere possit; 4. Filii qui parentibus, id est patri vel matri, avo vel aviae, in gravi necessitate constitutis, opitulari debent, et parentes quorum opera sit ad liberos alendos vel educandos necessaria; 5. Ad sacerdotium in Religione destinati, a quo tamen removeantur irregularitate aliove canonico impedimento; 6. Qui sunt ritus orientalis sine venia, scripto data, Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali. (Can. 542)

<sup>b</sup> Ex Decreto Clementis VIII anno 1603 edito, et Decreto nobis dato ab Alexandro VII anno 1655, Conversi recipi nequeunt, salva speciali Apostolicae Sedis licentia, nisi expleverint vigesimum aetatis suae annum; quod intelligendum videtur de traditione habitus religiosi qua signatur initium canonicae probationis (Cf. *Commentarium*, § 25).

[14 Affinché nessuno sia ammesso al noviziato invalidamente o illecitamente, si terrà presente quanto stabilito dal diritto.<sup>11</sup>] [Validità e liceità dell'ammissione]

[Inoltre] ci sembra opportuno fissare i seguenti impedimenti per l'accettazione: § 7  
Impedimenti

per un candidato chierico, avere meno di diciotto anni. Non è tuttavia proibito accettare minori, purché abbiano raggiunto il sedicesimo anno d'età, e solo se, per il resto, appaiono altamente raccomandabili. Allo stesso modo, non si accetterà con facilità uno maggiore di quarant'anni, se non per un serio motivo, come per esempio per la virtù o la cultura;

per un candidato converso, avere meno di diciassette anni o più di trentaquattro<sup>12</sup>;

aver abiurato un'eresia o essere fondatamente sospetto di eresia; [—]

essere stato scismatico; [—]

essere impedito da una irregolarità, da cui solo raramente o con difficoltà si ottiene dispensa; [—]

<sup>11</sup> 1° Sono ammessi invalidamente al noviziato:

1. quanti, abbandonata la fede cattolica, hanno aderito a una setta acattolica; 2. quanti non hanno l'età richiesta per il noviziato, vale a dire i quindici anni compiuti; 3. quanti entrano nell'Ordine indotti da violenza, da grave timore o da inganno, o quelli che sono accettati da un Superiore costretto allo stesso modo; 4. chi è sposato, durante il matrimonio; 5. quanti sono legati o sono stati legati col vincolo della professione religiosa; 6. coloro sui quali pende una pena per aver commesso un grave delitto, di cui sono accusati o possono essere accusati; 7. un Vescovo sia residenziale che titolare, anche se solo designato dal Romano Pontefice; 8. i chierici che, per disposizione della Santa Sede, sono tenuti da giuramento a prestare la loro opera a favore della loro diocesi o delle missioni, per il tempo che dura l'obbligo del giuramento.

2° Sono ammessi illecitamente, ma validamente:

1. i chierici *in sacris*, senza aver consultato l'Ordinario del luogo, o contro il suo parere perché la loro partenza comporterebbe un grave danno delle anime, che non può essere evitato altrimenti; 2. quanti sono gravati da debiti e sono incapaci di estinguerli; 3. quanti sono tenuti a rendere conto o sono implicati in altri affari secolari, dai quali la Religione possa temere liti e molestie; 4. i figli che devono aiutare i genitori, e cioè il padre o la madre, il nonno o la nonna, che si trovano in grave necessità, e i genitori la cui opera è necessaria a nutrire o educare i figli; 5. i candidati al sacerdozio in una Religione, dal quale tuttavia sono rimossi per irregolarità o altro impedimento canonico; 6. quanti sono di rito orientale senza il permesso scritto della sacra Congregazione per la Chiesa orientale (can. 542) [VI ed.].

<sup>12</sup> A norma del decreto di Clemente VIII del 1603 e del decreto a noi concesso da Alessandro VII nel 1655, i conversi non possono essere accettati, salva una speciale licenza della Sede Apostolica, se non abbiano compiuto vent'anni d'età. Ciò sembra da intendersi in riferimento alla vestizione, con cui si dà inizio al noviziato (Cf. *Commentarium*, § 25) [IV ed.].

si alterius Congregationis aut Monasterii habitu, licet exiguo spatio, indutus fuerit:

si cui id morbi, vitii, vel impedimenti sit, ut nostris praestandis muneribus sit impar, aut institutis minus aptus.

Omnino autem caute et considerate agendum in iis recipiendis qui humanum aliquid in consilio suo spectant, non autem solam vitae perfectioris rationem; qui pertinacis, contumacis, superbi, fastidiosi ingenii esse videantur; quorum consuetudo graviter peccandi inveteraverit; qui infamia aliqua laborent, praesertim in loco ubi recipi petunt; qui fatuitatem praeserant; qui insigni aliqua deformitate vitiosi sint; qui adhuc litterarum rudimentis egeant, praesertim si iam adolescentiae fines egressi sint, aut tardi sint ingenii; qui valde infirma valetudine aut gravi morbo laborant.

Caute etiam agendum in iis qui de legitimo matrimonio nati non sunt; **item in iis qui quandoque eremitae fuerunt; in iis quoque qui vel aere alieno sunt obstricti, vel personas aliquas, quarum sustentatio ad eos aliquo modo pertineat, relicturi.**

Atque omnia haec ad rationem institutorum nostrorum, utilitatem Congregationis charitatisque normam perpendenda erunt, incommoda cum commodis comparanda, idque sequendum in quo minus periculi sit. Cum autem haec dubia incident, ad Praepositum Generalem referantur, qui cum consensu Assistentium constituat.

*si alterius Congregationis aut Monasterii habitu, licet exiguo spatio, indutus fuerit;*

*si cui id morbi, vitii, vel impedimenti sit ut nostris praestandis muneribus sit impar aut institutis minus aptus.*

**15 -** *Omnino autem caute et considerate agendum in iis recipiendis qui humanum aliquid in consilio suo spectant, non autem solam vitae perfectioris rationem; qui pertinacis, contumacis, superbi, fastidiosi ingenii esse videantur; quorum consuetudo graviter peccandi inveteraverit; qui infamia aliqua laborent, praesertim in loco ubi recipi petunt; qui fatuitatem praeserant; qui insigni aliqua deformitate vitiosi sint, qui adhuc litterarum rudimentis egeant, praesertim si iam adolescentiae fines egressi sint, aut tardi sint ingenii; qui valde infirma valetudine aut gravi morbo laborant.*

*Caute etiam agendum in iis qui de legitimo matrimonio nati non sunt; et quorum parentes vel vitio, vel morbo aliquo affecti sunt, qui in filios facile traduci potest.*

*Atque omnia haec ad rationem institutorum nostrorum, utilitatem Congregationis charitatisque normam perpendenda erunt, incommoda cum commodis comparanda idque sequendum in quo minus periculi sit. Cum autem haec dubia incident, ad Praepositum Generalem referantur, qui cum consensu Assistentium constituat.*

avere indossato, anche per poco tempo, l'abito di un'altra Congregazione o Monastero;

avere una malattia, un difetto o un impedimento che rendono incapace di svolgere le nostre attività o non idoneo ai nostri istituti.

[15] Ci si dovrà muovere con grande cautela e prudenza § 8 nell'accettare quanti si prefiggono un obiettivo umano e non il solo desiderio di una vita di perfezione; quanti appaiono di carattere ostinato, arrogante, superbo, incontentabile; quanti si sono incalliti nel peccare gravemente; quanti godono di una cattiva reputazione, specialmente nel luogo dove chiedono di essere accettati; quanti manifestano leggerezza; quanti sono affetti da una grave malformazione; quanti sono ancora privi dei rudimenti del sapere, specialmente se hanno già superato l'età giovanile, oppure sono tardi d'ingegno; quanti hanno una salute eccessivamente cagionevole o sono affetti da una grave malattia. Cautele

Ci si dovrà muovere con cautela anche nei confronti di quanti non sono nati da un matrimonio legittimo [e i cui genitori sono affetti da qualche vizio o malattia che si può facilmente trasmettere ai figli]; nei confronti di quanti sono stati eremiti e anche nei confronti di quanti sono vincolati da debiti oppure lascerebbero delle persone del cui sostentamento sono in qualche modo responsabili [—]. Tutte queste cose dovranno essere valutate tenendo conto dei nostri istituti, del bene della Congregazione e della legge della carità; si dovranno soppesare i vantaggi e gli svantaggi, e si dovrà fare ciò che è meno rischioso. Quando poi ci dovessero essere dei dubbi, si interpellerà il Preposito generale, che deciderà col consenso degli Assistenti. § 9 Ulteriori precauzioni

Quod si quis interrogatus (de omnibus autem interrogari debet) aliquod ex primis impedimentis ad aetatem, haeresim, schisma, irregularitatem, habitum alterius Religionis, item ad natales, morbos, **vitam eremiticam**, aes alienum, personarum sustentationem pertinentibus occultaverit, si postea resciat, **liberum sit, pro rei gravitate, vel illum minime adhuc professum missum facere, vel, si sit professus, aut inter Conversos ponere, aut iure suffragii perpetuo vel ad tempus privare, aut Ordinibus sacris interdicare, aut, si Conversus sit, vilissimis ministeriis addicere, aut illi inter Conversos ultimum locum perpetuo assignare, aut alio modo punire, prout Praepositus Generalis stauerit de consensu Assistantium; statuere autem debet secundum culpae et impedimenti occultati gravitatem. Atque hoc decretum cuilibet, antequam vestiatur, item antequam profiteatur, testato denunciandum erit.**

Cum tantum temporis transierit, quantum ad eiusmodi probationem satis esse Praepositus cum Capitulo suo existimaverit, nihilque emerserit quamobrem ille recipi non possit, aut Congregationi minus aptus ex causis numeratis possit existimari, ea item constantia et moribus esse visus sit ut in suscepto consilio sit permansurus, iterum instituta ratioque disciplinae nostrae per Praepositum et Discretos loci ei explicentur; et, si litteras sciat et intelligens sit, Constitutiones etiam legendae tradantur; et de voluntate et proposito suo mox per eisdem iterum interrogetur.

Si perseveret, Praepositus Capitulum de eiusmodi negotio habeat; rem ad Praepositum **Generalem** perscribat, **seu ad Provinciale, si Provinciae fuerint**, omnia in eo negotio ante peracta narrans, et quid Capitulum suum sentiat aperiens.

**16 - Quod si quis interrogatus (de omnibus autem interrogari debet) aliquod ex primis impedimentis ad aetatem, haeresim, schisma, irregularitatem, habitum alterius Religionis, item ad natales, morbos, aes alienum, personarum sustentationem pertinentibus occultaverit, si postea resciat,**

**a Praeposito Generali de Assistantium consensu pro rei gravitate puniatur.**

**17 - Cum tantum temporis transierit, quantum ad eiusmodi probationem satis esse Praepositus cum Capitulo suo existimaverit, nihilque emerserit quamobrem ille recipi non possit, aut Congregationi minus aptus ex causis numeratis possit existimari, ea item constantia et moribus esse visus sit, ut in suscepto consilio sit permansurus, iterum instituta ratioque disciplinae nostrae per Praepositum et Discretos loci ei explicentur; et, si litteras sciat et intelligens sit, Constitutiones etiam legendae tradantur; et de voluntate et proposito suo mox per eisdem iterum interrogetur.**

**Si perseveret, Praepositus Capitulum de eiusmodi negotio habeat; rem ad Praepositum Provinciale perscribat**

**omnia in eo negotio ante peracta narrans, et quid Capitulum suum sentiat aperiens.**

**77 - Dimissi in sacris constituti, qui votis non sint soluti, tenentur ad claustra redire; et si argumenta plenae emendationis per triennium dederint, in Congregatione recipiendi erunt, nisi graves obstent rationes: quo in casu res iudicio Apostolicae Sedis subiiciatur<sup>e</sup>.**

<sup>d</sup> Circa hoc caput, praesertim circa dimissionem eorum qui vota simplicia professi sunt, cf. *Commentarium*, §§ 55, 56, 57.

<sup>e</sup> Can. 672, § 1.

Se era stato dimesso, si esami accuratamente se si trovi ancora nella condizione per cui fu dimesso e che possibilità ci sia di un esito migliore. Se si era ritirato spontaneamente, si dovrà considerare per quale motivo o in che modo se ne andò e che speranza si possa avere della sua perseveranza nel tempo.

[75] Se sia conveniente in qualche caso richiamare coloro che si erano ritirati spontaneamente (consigliandolo *in Domino* il loro bene e quello della Congregazione, soprattutto se sembrano aver fatto questo non tanto perché animati da cattive intenzioni, quanto piuttosto perché ingannati dalle insidie del demonio), lo si lascia alla prudenza di coloro ai quali affidiamo il compito dell'accettazione<sup>84</sup>. Non si dovrà però accedere a questa ipotesi prima di aver ottenuto il consenso del Preposito generale o provinciale. In ogni modo, si giungerà a questa soluzione raramente e solo per evidente utilità.

[76] Rimettiamo alla prudenza delle stesse persone<sup>85</sup> «stabilire» quando e in che modo i riammessi debbano scusarsi, e così pure secondo quale disciplina debba essere ripetuta la loro formazione. In ogni caso, essi saranno trattati come se fossero stati accettati per la prima volta.

Quanto detto vale per coloro che si ritirano spontaneamente o vengono mandati via prima della professione. Che cosa si debba fare nel caso dell'espulsione, della riammissione o del richiamo dei professi (cosa questa che va maggiormente considerata e ponderata) si potrà conoscere in parte da quanto abbiamo detto, in parte dalle norme del diritto e dai privilegi a noi concessi<sup>86</sup> [⇒ n. 73].

[77] Coloro che hanno lasciato la Congregazione dopo aver ricevuto gli Ordini senza essere stati dispensati dai voti, sono tenuti a tornare in convento; e, se daranno prova per tre anni di essersi pienamente emendati, dovranno essere accettati in Congregazione, a meno che non si oppongano gravi ragioni; in tal caso la cosa sarà sottoposta al giudizio della Sede Apostolica.<sup>87</sup>]

<sup>84</sup> ‡ Cf. *supra*, c. 2, § 3 [n. 11] [N.d.C.].

<sup>85</sup> ‡ Vale a dire, quelle a cui è stato affidato il compito dell'accettazione (c. 2, § 3 [n. 11]) [N.d.C.].

<sup>86</sup> A proposito di questo punto, specialmente per quanto riguarda la dimissione dei professi semplici, cf. *Commentarium*, §§ 55, 56 e 57 [IV ed.].

<sup>87</sup> Can. 672, § 1 [VI ed.].

§ 8  
Fattori da considerare nella riammissione

§ 9  
Richiamo

§ 10  
Modalità della riammissione

§ 11  
Espulsione, riammissione e richiamo dei professi

[Riammissione chierici in sacris non dispensati dai voti]



DE COLLEGIIS FUNDANDIS.  
CAPUT VII.

Nunc de Collegiis fundandis videamus, cum haec Collegiorum tractatio ei quae de personis ex quibus Collegia constituuntur modo absoluta est satis proxima et coniuncta videatur.

Itaque illud primo habeatur, potiorrem eam curam esse debere ut Collegia fundata confirmentur et stabiliantur, quam ut fundentur nova: quo in negotio accurata consideratio adhibeatur, quid Congregatio facere possit, quid ad illius utilitatem conducatur, praecipue vero quid ad honorem et gloriam Dei magis pertineat.

Ne fundentur Collegia in castellis aut parvis oppidis, sed in urbibus tantum aut vero oppidis insignioribus, nisi forte opportunitas con-stituendi Novitiatus aliter suadeat.

Ne fundentur item nisi habeant adiunctos redditus ex quibus **saltem tredecim personae** secundum vitae nostrae rationem et modum sustentari possint, et nisi tum ecclesia tum aedes ad habitandum existant, aut suppetat unde extrui possint.

Suppetant etiam personae quae ibi ad disciplinam nostram et instituta tuenda et ad functiones erga proximos secundum eadem instituta praestandas collocari oportuerit: quod quidem videndum erit ut sine aliorum Collegiorum detrimento fieri possit.

Negotium fundandi Collegii aut loci accipiendi ad fundationem oblatis referatur, si commode fieri possit, ad Capitulum Generale; si non possit, Praepositus Generalis, cum Assistentium consensu, illud suscipiat et conficiat.

CAPUT VIII  
DE COLLEGIIS FUNDANDIS

**78** - *Nunc de Collegiis fundandis videamus, cum haec Collegiorum tractatio ei, quae de personis ex quibus Collegia constituuntur modo absoluta est, satis proxima et coniuncta videatur.*

*Itaque illud primo habeatur, potiorrem eam curam esse debere ut Collegia fundata confirmentur et stabiliantur, quam ut fundentur nova: quo in negotio accurata consideratio adhibeatur, quid Congregatio facere possit, quid ad illius utilitatem conducatur, praecipue vero quid ad honorem et gloriam Dei magis pertineat.*

**79** - *Ne fundentur Collegia in castellis aut parvis oppidis, sed in urbibus tantum aut vero oppidis insignioribus, nisi forte opportunitas constituendi Novitiatus aliter suadeat.*

*Ne fundentur item nisi habeant adiunctos redditus ex quibus **sodales***

*secundum vitae nostrae rationem et modum sustentari possint, et nisi tum ecclesia tum aedes ad habitandum existant, aut suppetat unde extrui possint.*

*Suppetant etiam personae quae ibi ad disciplinam nostram et instituta tuenda et ad functiones erga proximos secundum eadem instituta praestandas collocari oportuerit: quod quidem videndum erit ut sine aliorum Collegiorum detrimento fieri possit.*

**80** - *Negotium fundandi Collegii aut loci accipiendi ad fundationem oblatis referatur, si commode fieri possit, ad Capitulum Generale; si non possit, Praepositus Generalis, cum Assistentium consensu, illud suscipiat et conficiat.*

Capitolo 7 [8]  
LA FONDAZIONE DEI COLLEGI

[78] Passiamo ora a considerare la fondazione dei Collegi, dal momento che questa trattazione sembra essere abbastanza affine e connessa a quella, appena conclusa, delle persone, dalle quali sono costituiti i Collegi.

Perciò si riterrà come prima cosa che bisogna preoccuparsi maggiormente di confermare e consolidare i Collegi esistenti, piuttosto che fondarne di nuovi. In tale questione si considererà accuratamente che cosa può fare la Congregazione, che cosa le sia utile, ma soprattutto che cosa giovi maggiormente all'onore e alla gloria di Dio.

[79] Non si fonderanno Collegi nei villaggi o nei piccoli paesi, ma solo nelle città oppure nei paesi più importanti, a meno che non consigli altrimenti la necessità di costituire un noviziato.

Non si fonderanno inoltre Collegi che non abbiano annessi redditi con cui si possano mantenere almeno tredici persone [i sodali] secondo il nostro modo di vivere; e neppure quando non ci siano la chiesa e la casa dove abitare o non ci siano le risorse per costruirle.

Dovrà esserci anche un numero sufficiente di religiosi da mettere in quel luogo a osservare la nostra disciplina e i nostri istituti e a svolgere le attività apostoliche secondo i medesimi istituti. Bisognerà però badare bene che ciò non avvenga a detrimento degli altri Collegi.

[80] Il compito di fondare un Collegio o di accettare un immobile offerto per una fondazione spetta al Capitolo generale, se la cosa può avvenire senza difficoltà; in caso contrario, esso verrà assunto e assolto dal Preposito generale, col consenso degli Assistenti.

§ 1  
Premessa

§ 2  
Criterio generale

§ 3  
Ubicazione

§ 4  
Redditi

§ 5  
Personale

§ 6  
Competenza

**81 - Ut autem Collegium canonicè erigatur, consensus etiam Ordinarii loci scriptis datus de iure necesse erit<sup>a</sup>.**

Collegia cum animarum curatione adiuncta **ne** recipiantur; **neque etiam** cum **aliis** conditionibus, obligationibus aut oneribus, praesertim si perpetua sint aut ab institutis nostris aliena, aut muneribus consuetis obeundis impedimento futura: quod tamen an et quo modo quandoque ex causa temperari possit, iudicium sit Capituli Generalis **solius**.

Quae Collegia detrimento Congregationi esse perspiciuntur, dissolvi poterunt, si detrimentum sit tanti: hoc vero **solum Capitulum Generale** iudicet.

**82 - Collegia cum animarum curatione adiuncta **prudenter** recipiantur; **at Collegia** cum conditionibus, obligationibus aut oneribus, praesertim si perpetua sint aut ab institutis nostris aliena, aut muneribus consuetis obeundis impedimento futura, **ne recipiantur**; quod tamen an et quomodo quandoque ex causa temperari possit, iudicium sit Capituli Generalis.**

**83 - Quae Collegia detrimento Congregationi esse perspiciuntur, dissolvi poterunt, si detrimentum sit tanti: hoc vero **in casibus urgentioribus iudicet Praepositus Generalis cum sua Consultatione; in aliis Capitulum Generale, salvis, quoad loca et substantias, Ecclesiae iuribus<sup>b</sup>.****

<sup>a</sup> Can. 498.

<sup>b</sup> Can. 497, § 1; Breve Pauli V, a. 1610.

[81 Perché un Collegio sia canonicamente eretto, sarà necessario anche il consenso dell'Ordinario del luogo dato per iscritto a norma del diritto.<sup>88</sup>]

[Consenso dell'Ordinario del luogo]

[82] Non si accetteranno [Si accetteranno con prudenza] Collegi con annessa cura d'anime, e neppure [ma non si accetteranno] Collegi con altre [—] condizioni, obblighi od oneri, specialmente se sono perpetui o contrari ai nostri istituti o di possibile ostacolo all'adempimento delle nostre consuete attività. Se e in che modo si possa talvolta, per qualche motivo, derogare a questa norma, lo deciderà il solo [—] Capitolo generale.

§ 7  
Collegi con vincoli

[83] Quei Collegi che sono riconosciuti di danno alla Congregazione, potranno essere soppressi, se il danno è grande; ma questo lo stabilirà solo il Capitolo generale [nei casi più urgenti lo stabilirà il Preposito generale con la sua Consulta; negli altri casi il Capitolo generale, salvi i diritti della Chiesa riguardo a immobili e sostanze<sup>89</sup>].

§ 8  
Chiusura

<sup>88</sup> Can. 498 [VI ed.].

<sup>89</sup> Can. 497, § 1; Breve di Paolo V del 1610 [VI ed.].

CONSTITUTIONUM  
LIBER SECUNDUS.  
DE OBEDIENTIA.  
CAPUT I.

LIBER SECUNDUS  
CAPUT I  
DE OBEDIENTIA

Cum regularis vitae firmamentum et robur in tribus votis obedientiae, castitatis et paupertatis positum esse dubium non sit, post ea quae de Constitutionibus ipsis personisque decreta sunt, ante omnia de illis dicendum videtur.

Neque tamen hic necesse habemus in explicandis huiusmodi virtutum laudibus, quae sine dubio egregiae et praeclarissimae sunt, commorari; sed neque etiam prolixiore oratione eorum obligationem demonstrare qui ad eas colendas voti vinculo se adstrinxerunt. In promptu sunt et Basilii et aliorum sanctorum tum veterum tum recentiorum Patrum scripta, quae eiusmodi doctrinam abunde suppeditabunt; ad quam perfecte percipiendam fratres nostros etiam atque etiam cohortamur. Sed, ut tamen quantum huic loco convenit in hoc genere dicamus et constituamus, primo de obedientia haec habeantur:

**84 - Cum regularis vitae firmamentum et robur in tribus votis obedientiae, castitatis et paupertatis positum esse dubium non sit, post ea quae de Constitutionibus ipsis personisque decreta sunt, ante omnia de illis dicendum videtur.**

*Neque tamen hic necesse habemus in explicandis huiusmodi virtutum laudibus, quae sine dubio egregiae et praeclarissimae sunt, commorari; sed neque etiam prolixiore oratione eorum obligationem demonstrare qui ad eas colendas voti vinculo se adstrinxerunt. In promptu sunt et Basilii et aliorum sanctorum tum veterum tum recentiorum Patrum scripta, quae eiusmodi doctrinam abunde suppeditabunt; ad quam perfecte percipiendam fratres nostros etiam atque etiam cohortamur. Sed, ut tamen quantum huic loco convenit in hoc genere dicamus et constituamus, primo de obedientia haec habeantur.*

**85 - Vi obedientiae voti omnes parere tenentur proprio ac legitimo Superiori praecipienti in virtute sanctae obedientiae.**

**86 - Perfectionis autem cupidi nostri omnibus Superiorum iussis et praescriptionibus, sive scripto contineantur, ut Constitutiones, ordinationes et alia eiusmodi cuiuscumque sint generis, sive voce tantum, plene obedire studeant: immo eorum officium erit, etiam in iis de quibus nihil expressum est, id sequi quod Superiorum voluntati magis consentaneum existiment. Neque solum maioribus, sed minoribus quoque Officialibus, in iis quae ad eorum officia pertinent, obedientia praestanda erit, quando etiam superiores invicem arbitrari a S. Paulo duce et patrono nostro docemur (Philip., II, 3).**

<sup>a</sup> Philip. II, 3 [Superiores sibi invicem arbitantes].

LIBRO SECONDO DELLE COSTITUZIONI [—]<sup>90</sup>  
**Capitolo 1**  
**L'OBEDIENZA**

[84] Non c'è dubbio che il nucleo fondamentale della vita religiosa risieda nei tre voti di obbedienza, castità e povertà. Perciò, dopo quanto si è stabilito sulle Costituzioni stesse e sulle persone, appare opportuno, prima di ogni altra cosa, trattare di questi.

§ 1  
Premessa

Non riteniamo però necessario trattenerci qui a spiegare i pregi di tali virtù, che sono certo di singolare splendore; e neppure «ci sembra necessario» dilungarci sugli obblighi di coloro che si sono impegnati con voto a praticarle. Sono a disposizione gli scritti di Basilio<sup>91</sup> e degli altri Santi Padri, antichi e recenti, che forniranno abbondanti insegnamenti al riguardo: esortiamo vivamente i nostri confratelli a prenderne approfondita conoscenza. Tuttavia, per dire e stabilire riguardo a tale questione quanto è conveniente in questa sede, in primo luogo a proposito dell'obbedienza si terrà presente quanto segue.

§ 2  
Rinvio ai Santi Padri

[85] In forza del voto di obbedienza, tutti sono tenuti a obbedire al proprio legittimo Superiore, che ordina in virtù di santa obbedienza.]

[Oggetto del voto di obbedienza]

[86] Tutti [I confratelli inoltre, bramosi di perfezione,] cercheranno di obbedire pienamente a [tutti] gli ordini e comandi dei Superiori, tanto a quelli dati per iscritto, come le Costituzioni, le delibere capitolari e altre simili disposizioni, di qualunque genere siano, quanto a quelli dati solo oralmente. Anzi sarà loro dovere, anche quando non è stato dato alcun ordine, seguire ciò che ritengono più conforme alla volontà dei Superiori. Si dovrà prestare obbedienza non solo agli Ufficiali maggiori, ma anche a quelli minori, in ciò che riguarda il loro ufficio; e questo perché San Paolo, nostra guida e protettore, ci insegna a considerare gli altri superiori a noi stessi<sup>92</sup>.

§ 3  
Obbedienza alle disposizioni scritte e orali

<sup>90</sup> ‡ Il secondo libro delle Costituzioni tratta degli elementi costitutivi della Congregazione (voti, liturgia, pratiche spirituali, disciplina regolare). Cf. *supra*, I, I, c. 1, § 2 [n. 2]. Il PREMOLI, *Cinquecento*, p. 291, lo definisce «il più importante» [N.d.C.].

<sup>91</sup> ‡ Non si fa riferimento ad alcun testo specifico del Santo Dottore. Le Costituzioni del 1552, invece, nel capitolo dedicato all'obbedienza citavano il seguente passo: «Per inobedientiam incurritur spirituale sacrilegium = per l'inobbedienza s'incorre nel spirituale sacrilegio» (*Le Costituzioni dei Barnabiti*, cit., pp. 14-15). La citazione completa è la seguente: «Si igitur Dei auxilio repereris ... bonorum operum doctorem [ἀγαθῶν ἔργων διδασκαλον], observa apud teipsum, ut nihil praeter eius sententiam peragas. Quidquid enim sine ipso efficitur, furtum est et sacrilegium, quod mortem infert, non utilitatem, tamen tibi videtur esse bonum» (*Sermo de renuntiatione saeculi et de perfectione spirituali*, 4: PG 31, 633). Come si può vedere, Basilio non sta parlando specificamente del superiore religioso, ma più in generale del padre spirituale (il «maestro delle buone opere») [N.d.C.].

<sup>92</sup> Fil 2:3.

Si quis difficilem se ad obediendum praeberit, vel, arbitrio Superioris non contentus, alicuius favore vel auctoritate ad cupiditatem suam explendam usus fuerit, aut vero pro alio hoc commiserit (quod in homine regulari nefas videtur) severe pro modo culpa puniatur.

Quaecumque eis facienda occurrent, omnia cum Superiore communicare debebunt.

Nemo negotium ullum curamve suscipiat, licet ad pietatem exercendam pertineant, sine Superioris concessu.

Pariter nullus sibi quidquam paret, vel dari aut parari curet, aut etiam accipiat, sive a domesticis sive ab extraneis, etiam ad valetudinem tuendam, sine Superioris, vel certe eorum quibus talis cura commissa est, concessu.

Nemo litteras ad aliquem det, aut ab alio acceptas aperiat, antequam eas Superiori ostenderit; et qui reddendas accipit, prius ad Superiorem afferat, quam ei reddat ad quem datae sunt<sup>b</sup>.

**87** - *Si quis difficilem se ad obediendum praeberit, vel, arbitrio Superioris non contentus, alicuius favore vel auctoritate ad cupiditatem suam explendam usus fuerit, aut vero pro alio hoc commiserit (quod in homine regulari nefas videtur) severe pro modo culpa puniatur.*

**88** - *Quaecumque eis facienda occurrent, omnia cum Superiore communicare debebunt.*

**89** - *Nemo negotium ullum curamve suscipiat, licet ad pietatem exercendam pertineant, sine Superioris concessu.*

**90** - *Pariter nullus sibi quidquam paret, vel dari aut parari curet, aut etiam accipiat, sive a domesticis sive ab extraneis, etiam ad valetudinem tuendam, sine Superioris, vel certe eorum quibus talis cura commissa est, concessu.*

**91** - *Nemo litteras ad aliquem det, aut ab alio acceptas aperiat, antequam eas Superiori ostenderit; et qui reddendas accipit, prius ad Superiorem afferat, quam ei reddat ad quem datae sunt. Omnes tamen libere possunt mittere litteras nulli obnoxias inspectioni, ad Apostolicam Sedem eiusque in natione Legatum, ad proprios Superiores maiores, ad Assistentes, Procuratorem Generalem, Visitatores, ad Superiorem domus forte absentem, ad Patres in Capitulo Generali congregatos; et ab illis omnibus litteras item nemini inspiciendas recipere.*

<sup>b</sup> **Declaratio.** «Quod in Constitutionibus de litteris Superiori ostendendis cautum est, intelligi non debet de litteris quae ad Procuratorem Generalem a quovis allatae sunt; neque de litteris quas a Praeposito Generali quilibet alius ad se missas esse comperiet. Sed et Praepositi sive Locales sive Provinciales ne videant litteras ad Assistentes dandas, neque ab Assistentibus acceptas. Litteras ad Visitatores et item ad Provinciales a propriis subditis mittendas, Superiores locorum ne videant: quod item intelligendum est de litteris eorumdem Visitorum et Provincialium ad subditos. Dari possunt litterae ad Patres in Generali Capitulo congregatos, quin legantur a Superioribus Collegiorum unde mittuntur: sed qui acceperint, eas de more Capituli Praesidi ostendere tenentur. Quod si Capitulares praedicti rescribere velint, ii tantum ad quos litterae mittuntur eas aperire valeant.»

[87] Se uno si mostra riluttante a obbedire o se, insoddisfatto della decisione del Superiore, ricorre al favore o all'autorità di qualcuno per soddisfare i propri desideri, oppure se fa questo per un altro (cose tutte che appaiono esecrabili in un religioso), sarà severamente punito, secondo la gravità della colpa.

[88] Qualunque cosa capiterà loro di fare, dovranno sempre parlarne col Superiore.

[89] Non si accetterà alcun incarico o responsabilità, anche di carattere pastorale, senza il permesso del Superiore.

[90] Parimenti non si acquisterà nulla per sé, né si farà in modo che una cosa venga donata o acquistata, e neppure si accetterà nulla, né da familiari né da estranei, anche se fosse per la salute, senza il permesso del Superiore o almeno di coloro ai quali è stata affidata tale responsabilità.

[91] Non si scriveranno lettere ad alcuno, né si apriranno quelle ricevute da altri, prima di averle mostrate al Superiore; e chi ne riceve qualcuna da consegnare, la porterà al Superiore prima di consegnarla al destinatario<sup>93</sup>. [Tutti però possono liberamente spedire lettere, non soggette ad alcun controllo, alla Sede Apostolica e al suo rappresentante nel Paese, ai propri Superiori maggiori, agli Assistenti, al Procuratore generale, ai Visitatori, al Superiore della casa eventualmente assente, ai Padri riuniti in Capitolo generale; e così pure possono ricevere da tutti costoro lettere che non devono essere controllate da nessuno].

<sup>93</sup> **Dichiarazione.** «Quanto stabilito dalle Costituzioni circa la corrispondenza da mostrare al Superiore, non va riferito alle lettere che chiunque può spedire al Procuratore generale; né alle lettere che chiunque altro dovesse venire a sapere che gli sono state inviate dal Preposito generale. I Prepositi sia locali che provinciali non vedranno neppure le lettere da mandare agli Assistenti, né quelle ricevute dagli Assistenti. I Superiori locali non vedranno le lettere da inviare ai Visitatori come pure ai Provinciali da parte dei propri sudditi. Ciò si deve riferire anche alle lettere dei medesimi Visitatori e Provinciali ai sudditi. Si possono spedire lettere ai Padri riuniti in Capitolo generale, senza che siano lette dai Superiori dei Collegi da cui sono spedite; ma coloro che le ricevono sono tenuti di norma a mostrarle al Preside del Capitolo generale. E se i predetti Capitolari volessero rispondere, possono aprire la lettera solo quelli a cui essa è inviata» [IV ed. ⇨ n. 91].



Si contigerit ab aliquo, secundum tamen Constitutiones vel ordinationes nostras, curam aliquam sive negotium extra Congregationem suscipi, quae ad illud pertinebunt cum Superiore suo communicet: quod si quis impedire velit, potius curatio illa erit relinquenda.

**Nemo accipiat aliquid restituendum, sine concessu Superioris: nihil pariter, sine eiusdem concessu, quisquam petat aut accipiat in eleemosinas erogandum; erogatio item ipsa et restitutio, cum libera est, ad eiusdem arbitrium referatur: qua in re cavendum erit ne quid periculi sigillo Confessionis iniiciatur. Pecuniam hac de causa datam, si aliquantisper retinenda necessario sit, apud se nemo habeat, sed in arca communis pecuniae reponatur.**

Licentiam itineris faciendi localis Praepositus dare possit si triduo tantum quis sit abfuturus, aut si quis negotiorum domesticorum causa ad loca possessionum Collegii profecturus sit: alioqui **Generalis** sit illam dare, **vel Provincialis, si fuerit;**

sed neque Provincialis dare possit si quis **Provinciae fines sit transiturus.**

**Quamdiu autem Provinciae non erunt, videat Generalis num alicui locali Praeposito maiorem facultatem concedere expediat.**

Habeat quilibet in itinere litteras Superioris sui commendatitias, sine quibus in aliis Collegiis non accipiantur: quod si quis in aliquo Collegio moraturus sit, ea de re litteras quoque habeat.

Domo pariter nullus exeat, nisi a Superiore **facultatem et comitem cum benedictione** prius petierit, quo iturus sit aperiens, neque alio divertens: **quacumque autem occasione quis domo exeat, quantum fieri possit, habeat socium.**

**92 - Si contigerit ab aliquo, secundum tamen Constitutiones vel ordinationes nostras, curam aliquam sive negotium extra Congregationem suscipi, quae ad illud pertinebunt cum Superiore suo communicet. Quod si quis impedire velit, potius curatio illa erit relinquenda.**

**93 - Licentiam itineris faciendi localis Praepositus dare possit si triduo tantum quis sit abfuturus, aut si quis negotiorum domesticorum causa ad loca possessionum Collegii profecturus sit: alioqui Provincialis sit illam dare;**

**sed neque Provincialis dare possit, si quis ultra quindecim dies sit abfuturus.**

*Habeat quilibet in itinere litteras Superioris sui commendatitias, sine quibus in aliis Collegiis non accipiantur: quod si quis in aliquo Collegio moraturus sit, ea de re litteras quoque habeat.*

**94 - Domo pariter nullus exeat, nisi a Superiore cum benedictione facultatem prius petierit, et, si fieri possit, comitem, quo iturus sit aperiens, neque alio divertens; rediens autem iterum benedictionem a Superiore petat.**

[92] Se accadesse che qualcuno assuma qualche incarico o qualche responsabilità fuori della Congregazione, ma secondo le nostre Costituzioni e delibere capitolari, ne terrà informato il suo Superiore. Se uno non fosse d'accordo, si dovrà piuttosto lasciare quell'impegno.

§ 9  
Impegni fuori  
Congregazione

Non si accetterà nulla che debba poi essere restituito, senza il permesso del Superiore. Parimenti, senza il suo permesso, non si chiederà né si accetterà nulla da dare in beneficenza. La donazione e la restituzione stesse, quando sono libere, saranno ugualmente rimesse alla decisione del Superiore. In ciò si dovrà fare attenzione a non mettere in pericolo il sigillo della confessione. Il denaro dato per questo motivo, se è necessario conservarlo per un po' di tempo, non lo si terrà presso di sé, ma lo si riporrà nella cassa comune [⇒ n. 105].

§ 10  
Donazioni e  
restituzioni

[93] Il Preposito locale potrà dare il permesso di fare un viaggio se uno si assenta solo per tre giorni o se si reca nelle proprietà del Collegio per affari domestici; altrimenti spetta al **Generale** [Provinciale] darlo o, se c'è, al **Provinciale** [—]; ma neppure il Provinciale potrà darlo se uno esce dalla Provincia [si assenta per oltre quindici giorni]. Finché non ci saranno le Province, veda il Generale se non sia il caso di concedere una più ampia facoltà a qualche Preposito locale [—]. In viaggio ognuno porterà con sé le lettere commendatizie del proprio Superiore, senza le quali non sarà accettato negli altri Collegi. E se uno dovesse trattarsi in qualche Collegio, anche in quel caso avrà una lettera specifica.

§ 11  
Viaggi

[94] Parimenti non si uscirà di casa se non dopo aver chiesto al Superiore il permesso e un accompagnatore insieme con la benedizione [insieme con la benedizione il permesso e, se possibile, un accompagnatore], dichiarando dove si va e non dirigendosi altrove; per qualunque motivo uno esca di casa, per quanto possibile, avrà un compagno [tornando poi chiederà di nuovo la benedizione al Superiore].

§ 12  
Uscite

Apud extraneos, praesertim saeculares, ubi Collegium Congregationis sit, nullus comedat, nisi forte aliquando id alicui concedere Superiori expedire pia de causa videatur.

Ad eandem obedientiam pertinet ut quilibet promptus sit ad officia, conventus, ministeria, et si quid aliud est, statim ut significatio vel campana vel alio modo data fuerit.

Haec generaliter ita de obedientia statuisse sufficiat: cetera quae quis fortasse hic desideret, suis locis habebuntur; nam alioqui omnes regulae et praescriptiones ad obedientiam referuntur, quae huius Instituti caput est.

Meminerint autem fratres nostri hanc esse, ut Spiritus Sancti voce nobis testatum est, omni victima Deo gratiore: meminerint illud a Domino pronunciatum de iis qui secundum Deum praesunt: *Qui vos audit, me audit; et qui vos spernit, me spernit*<sup>d</sup>;

ut merito dux et patronus noster Paulus Deo resistere illos dicat qui constitutae a Deo potestati resistunt<sup>e</sup>. Hortamur igitur illos quantum possumus ut quanto haec virtus praeclarior est ceterisque quas profitentur excellentior, tanto ardentius ad eius laudem incendantur, nihil leve existimantes in quo obedientiae meritum consequi possint; prompto animo obedientes, non ex tristitia aut ex necessitate; hilarem enim datorem diligit Deus<sup>f</sup>;

**95** - *Apud extraneos, praesertim saeculares, ubi Collegium Congregationis sit, nullus comedat, nisi forte aliquando id alicui concedere Superiori expedire pia de causa videatur.*

**96** - *Ad eandem obedientiam pertinet ut quilibet promptus sit ad officia, conventus, ministeria, et si quid aliud est, statim ut significatio vel campana vel alio modo data fuerit.*

**97** - *Haec generaliter ita de obedientia statuisse sufficiat: cetera quae quis fortasse hic desideret, suis locis habebuntur; nam alioqui omnes regulae et praescriptiones ad obedientiam referuntur, quae huius Instituti caput est.*

**98** - *Meminerint autem fratres nostri hanc esse, ut Spiritus Sancti voce nobis testatum est, omni victima Deo gratiore (I Reg., XV, 22; Eccl., IV, 17); meminerint illud a Domino pronunciatum de iis qui secundum Deum praesunt: Qui vos audit, me audit; et qui vos spernit, me spernit (Luc., X, 16); ut merito dux et patronus noster Paulus Deo resistere illos dicat qui constitutae a Deo potestati resistunt (Rom., XIII, 2). Hortamur igitur illos quantum possumus ut quanto haec virtus praeclarior est ceterisque quas profitentur excellentior, tanto ardentius ad eius laudem incendantur, nihil leve existimantes in quo obedientiae meritum consequi possint; prompto animo obedientes, non ex tristitia aut ex necessitate; hilarem enim datorem diligit Deus (II Cor., IX, 7);*

<sup>c</sup> I Reg. XV, 22 [*Melior est enim obedientia quam victimae*]. Eccl. IV, 17 [*Multo enim melior est obedientia quam stultorum victimae*].

<sup>d</sup> Luc. X, 16.

<sup>e</sup> Rom. XIII, 2 [*Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt*].

<sup>f</sup> II Cor. IX, 7.

[95] Non si mangerà presso estranei, soprattutto secolari, nei luoghi dove c'è un Collegio della Congregazione, a meno che in certi casi particolari non sembri opportuno al Superiore concederlo a qualcuno per un motivo pastorale. § 13  
Pasti fuori casa

[96] Rientra pure nell'obbedienza che ciascuno sia puntuale ai momenti di preghiera, ai raduni comunitari, agli incarichi e a eventuali altri appuntamenti, non appena viene dato il segnale con la campana o in altro modo. § 14  
Puntualità alle azioni comuni

[97] È sufficiente aver stabilito questi punti in generale sull'obbedienza. Altre cose, che forse ci si aspetterebbe, si troveranno a suo luogo. Del resto, tutte le norme e le disposizioni rimandano all'obbedienza, che è il fondamento di questo Istituto<sup>94</sup>. § 15  
L'obbedienza fondamento dell'Istituto

[98] Ricordino inoltre i nostri confratelli che l'obbedienza, secondo la testimonianza dello Spirito Santo, è a Dio più gradita di qualsiasi sacrificio<sup>95</sup>; ricordino che cosa dice il Signore di quelli che esercitano l'autorità secondo Dio: *Chi ascolta voi ascolta me, chi disprezza voi disprezza me*<sup>96</sup>, al punto che Paolo, nostra guida e protettore, afferma che si oppongono a Dio quanti si oppongono all'autorità stabilita da Dio<sup>97</sup>. Li esortiamo dunque quanto possiamo a stimare l'obbedienza tanto più intensamente quanto più splendente e superiore è questa virtù rispetto alle altre che professano, non tralasciando nulla in cui potrebbero conseguire il merito dell'obbedienza; obbedendo prontamente, *non con tristezza né per forza, perché Dio ama chi dona con gioia*<sup>98</sup>;

§ 16  
Conclusione

<sup>94</sup> ‡ Viene qui ripresa un'affermazione del Santo Fondatore, riferita dal GABUZIO: «Obedientiam praecipuam humilitatis indicem, tamquam omnium virtutum parentem libentius aliis se praestare, dicebat, quam exigere, eamque ut firmum totius Ordinis fundamentum fratribus suis verbo et exemplo identidem commendabat [= Diceva che l'obbedienza è il principale segno dell'umiltà, e che lui preferiva esercitarla verso gli altri piuttosto che esigerla dagli altri, poiché essa è la madre di tutte le virtù; e la raccomandava di continuo ai suoi fratelli con la parola e con l'esempio come il fondamento sicuro di tutto l'Ordine]» (*Historia*, p. 74) [*N.d.C.*].

<sup>95</sup> 1 Sam 15:22; Qo 4:17.

<sup>96</sup> Lc 10:16.

<sup>97</sup> Rm 13:2. ‡ La citazione non riporta alla lettera il testo della Volgata, ma lo riprende in maniera piuttosto libera [*N.d.C.*].

<sup>98</sup> 2 Cor 9:7.

non habita difficultatis alicuius aut laboris ratione; Dominus enim noster factus(est) obediens usque ad mortem<sup>e</sup>;

*in simplicitate cordis et sinceritate Dei<sup>f</sup>*

iussa excipientes, non curiose discutientes; non ea devitantes solum quae contra voti obligationem apparent, sed ea quoque quae tam praeclarae virtutis laudem minuere possint.

DE CASTITATE.  
CAPUT II.

Quanti sit haec virtus facienda, sine qua nullum bonum esse aliquid Sanctus Gregorius ait<sup>g</sup>, tum eximiae laudes declarant quibus illa a Sacris Auctoribus ornatur (ut quae hominum vitam angelicae similem reddat), tum contrarii vitii turpitudine, quod ne nominari quidem inter Christi fideles patitur Paulus noster<sup>h</sup>.

Itaque summa diligentia fratres nostri aditus omnes praeccludere debent quibus ad huius virtutis candorem vel leviter maculandum, daemonum malitia, ingredi possit: corda, oculi, aures, oraque ita ab eis custodienda erunt, ut neque haec labem aliquam contrahant, neque maiori malo occasionem praebere possint.

*non habita difficultatis alicuius aut laboris ratione; Dominus enim noster factus (est) obediens usque ad mortem* (Phil., II, 8);

*in simplicitate cordis et sinceritate Dei* (II Cor., I, 12)

*iussa excipientes, non curiose discutientes; non ea devitantes solum quae contra voti obligationem apparent, sed ea quoque quae tam praeclarae virtutis laudem minuere possint.*

CAPUT II  
DE CASTITATE

**99** - *Quanti sit haec virtus facienda, sine qua nullum bonum esse aliquid Sanctus Gregorius ait* (Hom. XIII), *tum eximiae laudes declarant quibus illa a sacris Auctoribus ornatur (ut quae hominum vitam angelicae similem reddat), tum contrarii vitii turpitudine, quod ne nominari quidem inter Christi fideles patitur Paulus noster* (Ephes., V, 3).

**100** - *Itaque summa diligentia fratres nostri aditus omnes praeccludere debent quibus ad huius virtutis candorem vel leviter maculandum, daemonum malitia, ingredi possit: corda, oculi, aures oraque ita ab eis custodienda erunt, ut neque haec labem aliquam contrahant, neque maiori malo occasionem praebere possint.*

<sup>e</sup> Phil. II, 8.

<sup>f</sup> II Cor. I, 12.

<sup>g</sup> Homil. XIII.

<sup>h</sup> Ephes. V, 3 [Fornicatio autem et omnis immunditia aut avaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos].

non tenendo conto di alcuna difficoltà o fatica; il Signore infatti si fece *obbediente fino alla morte*<sup>99</sup>; accogliendo gli ordini *con la semplicità di cuore e la sincerità che vengono da Dio*<sup>100</sup>, non discutendoli cavillosamente; non evitando solo ciò che appare contro l'obbligo del voto, ma anche tutto ciò che potrebbe diminuire la stima di una virtù così sublime.

Capitolo 2  
LA CASTITÀ

[99] Quanto si debba stimare questa virtù, senza la quale, secondo San Gregorio<sup>101</sup>, nessun bene ha valore, è mostrato sia dagli eccezionali onori di cui la circondano gli autori sacri (come la virtù che rende la vita degli uomini simile a quella degli angeli<sup>102</sup>), sia dalla bruttezza del vizio opposto, di cui il nostro Paolo non tollerava neppure che si parli tra i fedeli<sup>103</sup>.

[100] Perciò i nostri confratelli debbono precludere con la massima diligenza ogni accesso, attraverso cui potrebbe entrare la malizia degli spiriti cattivi a macchiare anche solo lievemente il candore di questa virtù: il cuore, gli occhi, le orecchie e la bocca dovranno essere da loro custoditi in modo tale che essi stessi non si macchino, né possano dare occasione a un male maggiore<sup>104</sup>.

<sup>99</sup> Fil 2:8.

<sup>100</sup> 2 Cor 1:12. † Nella NV manca il genitivo *cordis* dopo *in simplicitate* [N.d.C.].

<sup>101</sup> *Omelia*, 13 [IV & VI ed.]. † La citazione esatta di San Gregorio Magno è la seguente: «Nec castitas ergo magna est sine bono opere, nec opus bonum est aliquid [var. aliquid] sine castitate» (*Homiliarum in Evangelia libri duo*, Homilia XIII: PL 76, 1124). La citazione, abbreviata («Non est bonum sine castitate»), era già presente nelle Costituzioni del 1552 (*Le Costituzioni dei Barnabiti*, cit., pp. 16-17) [N.d.C.].

<sup>102</sup> † Viene qui fuggacemente ripreso un tema caro all'antica spiritualità monastica: la vita religiosa considerata come «vita angelica» (βίος ἀγγελικός). Basti qui citare un autore in voga tra i primi paolini: «Nulla enim virtute tam proprie carnales homines spiritalibus angelis imitatione conversationis aequantur, quam merito et gratia castitatis» (Cassiano, *De institutis coenobiorum*, I. VI, c. 6: PL 49, 275, dove in nota sono riportati una serie di testi patristici sull'equiparazione tra i continenti e gli angeli) [N.d.C.].

<sup>103</sup> Ef 5:3.

<sup>104</sup> † Viene qui ripresa un'altra dottrina patristica molto diffusa: i sensi considerati come «finestre dell'anima», attraverso cui il mondo può entrare nell'anima e arrecarle danno; una dottrina che si fonda sul testo di Geremia: *Ascendit mors per fenestras* (Ger 9:20) e che ritroviamo nel nostro Fondatore (*Sermone II*) [N.d.C.].

Mulierum colloctionibus extra Poenitentiae Sacramentum quam maxime possunt abstineant. Pariter, nisi necessitas vel gravis causa urgeat, eas domine conveniant, maxime non consanguineas: quod cum evenerit, socius sit praesens, **etiam si**, modo commode fieri possit, **Sacramentum Poenitentiae administrandum sit; cubiculi certe ostium eo casu pateat.**

DE PAUPERTATE.  
CAPUT III.

Sequitur tertium votum, quod ad paupertatem pertinet; quam omnes perfectioris vitae studiosi libentissime amplectentur, si illa Domini nostri meminerint: *Beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei! Vae vobis divitibus, quia habetis consolationem vestram!*<sup>a</sup> aliaque multa nobis in eodem genere tradita; et si quale nobis exemplum Ipse reliquerit, et Sancti illius, quorum *altissima paupertas abundavit in divitiis simplicitatis eorum*<sup>b</sup>, memoria teneant.

Hic autem est gradus paupertatis nostrae, ut, licet communia bona **communiter** possidere possimus quibus vitae institutisque nostri necessitatibus satisfiat, nullus tamen aliquid proprium habere possit.

**101** - *Mulierum colloctionibus extra Poenitentiae Sacramentum quam maxime possunt abstineant. Pariter, nisi necessitas vel gravis causa urgeat, eas domine conveniant, maxime non consanguineas: quod cum evenerit, socius sit praesens, modo commode fieri possit.*

CAPUT III  
DE PAUPERTATE

**102** - *Sequitur tertium votum, quod ad paupertatem pertinet; quam omnes perfectioris vitae studiosi libentissime amplectentur, si illa Domini nostri meminerint: Beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei! Vae vobis divitibus, quia habetis consolationem vestram!* (Luc., VI, 20, 24), *aliaque multa nobis in eodem genere tradita; et si quale nobis exemplum Ipse reliquerit, et Sancti illius, quorum altissima paupertas abundavit in divitiis simplicitatis eorum* (II Cor., VIII, 2), *memoria teneant.*

**103** - *Hic autem est gradus paupertatis nostrae, ut, licet communia bona possidere possimus quibus vitae Institutisque nostri necessitatibus satisfiat, nullus tamen aliquid proprium habere possit. Sollemnia enim vota professus ipsa bonorum suorum proprietate privatur necnon capacitate alia bona acquirendi, et alienare prohibetur. E contra quilibet professus a votis simplicibus proprietatem illam et capacitatem conservat; quidquid autem industria sua vel intuitu Congregationis acquirit, Congregationi acquirit; eiusque actus votis contrarii illiciti quidem sed non invalidi habendi sunt.*<sup>d</sup>

<sup>a</sup> Luc. VI, 20, 24.

<sup>b</sup> II Cor. VIII, 2.

<sup>c</sup> Can. 580, § 1, 2.

<sup>d</sup> Can. 579.

[101] Eviteranno il piú possibile i colloqui con le donne al di fuori del sacramento della Penitenza. Parimenti, se non c'è una necessità impellente o un motivo grave, non le riceveranno in casa, specialmente se non sono parenti; e quando ciò accadesse, sarà presente un compagno, anche se si dovesse amministrare il sacramento della Penitenza [—], purché ciò possa avvenire senza incomodo. In tal caso rimarrà almeno aperta la porta della stanza [—].

§ 3  
Colloqui con le  
donne

Capitolo 3  
LA POVERTÀ

[102] Segue il terzo voto, che concerne la povertà. Tutti coloro che desiderano vivere piú perfettamente l'abbracceranno molto volentieri, se ricorderanno le parole del Signore: *Beati voi, poveri, perché vostro è il regno di Dio. Guai a voi, ricchi, perché avete già ricevuto la vostra consolazione*<sup>105</sup>, e i molti altri insegnamenti tramandatici al riguardo; e se terranno a mente l'esempio che ci ha lasciato lui stesso, come pure i suoi Santi, *la cui estrema povertà ha sovrabbondato nella ricchezza della loro generosità*<sup>106</sup>.

§ 1  
Premessa

[103] Questo è il nostro modo di vivere la povertà: possiamo possedere in comune [—] i beni comuni con cui soddisfare alle necessità della vita e del nostro Istituto, ma non si può considerare nulla come proprio<sup>107</sup>. [Il professo di voti solenni infatti è privato della stessa proprietà dei suoi beni come pure della capacità di acquistarne altri, e gli è proibito alienare. Al contrario, il professo di voti semplici conserva quella proprietà e quella capacità; però tutto ciò che acquista con la sua industria o a motivo della Congregazione, lo acquista per la Congregazione<sup>108</sup>; e i suoi atti contrari al voto devono essere considerati illeciti, ma non invalidi.<sup>109</sup>]

§ 2  
Tipo di povertà

<sup>105</sup> Lc 6:20.24.

<sup>106</sup> 2 Cor 8:2.

<sup>107</sup> ‡ Tale tipo di povertà era stata decisa capitolariamente il 27 ottobre 1552, alla vigilia della visita apostolica di Mons. Marini (*Acta Capitulorum*, S.IV.bis, f. 10: [G. CAGNI], *Le Costituzioni dei Barnabiti*, cit., p. [19]) [N.d.C.].

<sup>108</sup> Can. 580, §§ 1-2 [VI ed.].

<sup>109</sup> Can. 579 [VI ed.].



Quidquid quisque attulerit, aut legato, donatione, vel quacumque hominis vel iuris dispositione adquisierit, **id omne statim** commune intelligatur, ut nullo casu umquam ius aliquod sive proprietatis sive usus in eo competere illi possit: commune, inquam, intelligatur totius Congregationis; et Praepositus Generalis, de consensu Assistentium, prout magis expedire in Domino videbitur,

alicui Collegio vel pluribus attribuat; idque nisi testatorum vel aliter disponentium voluntas secus se habeat.

**104 - Quidquid quisque attulerit, aut legato, donatione, vel quacumque hominis vel iuris dispositione adquisierit, postquam vota sollemnia emisierit, commune intelligatur, ut nullo casu umquam ius aliquod sive proprietatis sive usus in eo competere illi possit: commune, inquam, intelligatur totius Congregationis; et Praepositus Generalis, de consensu Assistentium, prout magis expedire in Domino videbitur, administrationi suae, vel alicui Provinciae, vel**

*alicui Collegio, vel pluribus attribuat; idque nisi testatorum vel aliter disponentium voluntas secus se habeat.*

**105 - Nemo accipiat aliquid restituendum, sine concessu Superioris; nihil pariter, sine eiusdem concessu, quisquam accipiat aut petat in eleemosynas erogandum; erogatio item ipsa et restitutio, cum libera est, ad eiusdem arbitrium referatur: qua in re cavendum erit ne quid periculi sigillo confessionis iniiciatur.**

**106 - Cum autem rerum aliquarum usus cuique concedendus sit, talis concessio referatur ad arbitrium Superiorum, ita ut nullus re aliqua uti possit sine eorum concessu, multoque minus de iis disponere quae utenda accepit; quae quisque ita habeat ut paratus sit singulis momentis, eorumdem nutu, relinquere.**

**107 - Quidquid offerri contigerit, Superiori primum detur, et eius dispositioni liberum relinquatur; quod si certae personae contemplatione datum fuerit, ita Superior illi utendum concedat, si placet, ut contra communes, puta vestitus, vel similes regulas propterea non fiat.**

Cum autem rerum aliquarum usus cuique concedendus sit, talis concessio referatur ad arbitrium Superiorum, ita ut nullus re aliqua uti possit sine eorum concessu, multoque minus de iis disponere quae utenda accepit; quae quisque ita habeat ut paratus sit singulis momentis, eorumdem nutu, relinquere.

Quidquid offerri contigerit, Superiori primum detur, et eius dispositioni liberum relinquatur; quod si certae personae contemplatione datum fuerit, ita Superior illi utendum concedat, si placet, ut contra communes, puta vestitus, vel similes regulas propterea non fiat.

[104] Qualunque cosa uno porti con sé, o acquisisca per lascito, donazione o qualsiasi <altra> disposizione umana o giuridica, sarà considerata comune fin dal primo istante [dopo la sua professione solenne], cosicché non possa rivendicare mai, in nessun caso, su quei beni alcun diritto di proprietà o di uso. Dicendo “comune” intendiamo dire “di tutta la Congregazione”; e il Preposito generale, col consenso degli Assistenti, nella misura in cui gli sembri meglio *in Domino*, assegnerà quei beni [alla propria amministrazione, o a una Provincia, o] a uno o a più Collegi; a meno che altra non sia la volontà dei testatori o di coloro che dispongono in maniera diversa.

§ 3  
Proprietà comune  
dei beni

[105] Non si accetterà nulla che debba poi essere restituito, senza il permesso del Superiore. Parimenti, senza il suo permesso, non si accetterà né si chiederà nulla da dare in beneficenza; la donazione e la restituzione stesse, quando sono libere, saranno ugualmente rimesse alla decisione del Superiore. In ciò si dovrà fare attenzione a non mettere in pericolo il sigillo della confessione.<sup>110</sup>

[Donazioni e  
restituzioni]

[106] Dal momento però che si deve pur concedere a ciascuno l'uso di alcune cose, tale concessione sarà rimessa alla decisione dei Superiori, cosicché non si possa usare nulla senza il loro permesso e ancor meno si possa disporre di ciò che si è ricevuto in uso. Ognuno terrà queste cose in modo tale da essere pronto a lasciarle in ogni momento, al cenno dei Superiori.

§ 4  
Uso dei beni

[107] Qualunque cosa venga donata, sarà innanzi tutto consegnata al Superiore, e si lascerà a lui di disporne liberamente. Se fosse stata data per una determinata persona, il Superiore, se crede, gli concederà di usarla, purché con ciò non si vada contro le regole comuni, come per esempio la regola del vestito<sup>111</sup> o altre simili.

§ 5  
Doni

<sup>110</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 1, § 10. L'ultima proposizione del § 10 è stata eliminata probabilmente perché sostituita dal n. 424 [N.d.C.].

<sup>111</sup> ‡ Tale *regula vestitus* comprende probabilmente tanto le indicazioni date poco più avanti (§ 11 [n. 114]), quanto la “regola dell'uguaglianza” (c. 13, § 6 [n. 194]) [N.d.C.].

Dispensationis ratio ita se habeat, ut, cum nihil cuiquam superfluum sit, nihil etiam necessarium desit; ut nullus locus cuiquam relinquatur alia via quam ex communi dispensatione aliquid eorum desiderandi quae illi pro ratione Instituti nostri, vel fortasse suscepti muneris, opus sint; sive ea ad victum, sive ad vestitum, sive ad studia, sive ad valetudinem, sive ad suppellectilem quamcumque pertineant: qua in re ministri, etiam non interpellati, diligenter et cum charitate se gerant.

Suppellex singulorum cubiculorum (quae quidem et ipsa, nisi ex necessitate, uniusmodi esse debet) haec fere esse possit: Imago Christi Domini crucifixi, et altera item imago ad pietatis affectus inspicientis animo movendos accommodata: libri quos Superior, pro religione et sanctitate colenda et pro ratione studiorum et munerum, concesserit: vestimenta pro tempore et item usu domo prodeundi necessaria, communi enim loco alia relinquere debent: praeterea quae ad cubandi usum et tales opportunitates pertinent, pro necessitate, arbitrio Superioris.

Omnino vero nihil esculentum aut poculentum; non lectus plumeus aut conopeo ornatus; non parietes vestiti: quibus omnibus aequalitatis conservationi semper consulatur; Superioresque his (sicut aliis omnibus Constitutionibus et ordinibus) obtemperando, ceteros anteire studeant.

Generaliter autem, et in iis quae communiter et in iis quae singillatim ut supra habentur, illud spectetur ut nihil superfluum sit, nihil materia aut artificio valde pretiosum, nihil inane vel quod delicias praeseferat; et praescriptam moderationem domi, foris, in itinere, et in omni actione et loco, adhibere omnes studeant.

**108** - *Dispensationis ratio ita se habeat, ut cum nihil cuiquam superfluum sit, nihil etiam necessarium desit; ut nullus locus cuiquam relinquatur alia via quam ex communi dispensatione aliquid eorum desiderandi quae illi pro ratione Instituti nostri, vel fortasse suscepti muneris, opus sint; sive ea ad victum, sive vestitum, sive ad studia, sive ad valetudinem, sive suppellectilem quamcumque pertineant: qua in re ministri, etiam non interpellati, diligenter et cum charitate se gerant.*

**109** - *Suppellex singulorum cubiculorum (quae quidem et ipsa, nisi ex necessitate, uniusmodi esse debet) haec fere esse possit: Imago Christi Domini crucifixi, et altera item imago ad pietatis affectus inspicientis animo movendos accommodata; libri quos Superior, pro religione et sanctitate colenda et pro ratione studiorum et munerum, concesserit; vestimenta pro tempore et item usu domo prodeundi necessaria, communi enim loco alia relinquere debent; praeterea quae ad cubandi usum et tales opportunitates pertinent, pro necessitate, arbitrio Superioris.*

**110** - *Omnino vero nihil esculentum aut poculentum; non lectus plumeus aut conopeo ornatus; non parietes vestiti: quibus omnibus aequalitatis conservationi semper consulatur; Superioresque his (sicut aliis omnibus Constitutionibus et ordinibus) obtemperando, ceteros anteire studeant.*

**111** - *Generaliter autem, et in iis quae communiter et in iis quae singillatim, ut supra, habentur, illud spectetur ut nihil superfluum sit, nihil materia aut artificio valde pretiosum, nihil inane vel quod delicias praeseferat; et praescriptam moderationem domi, foris, in itinere, et in omni actione et loco, adhibere omnes studeant.*

[108] Il criterio di assegnazione sarà il seguente: nessuno avrà nulla di superfluo, ma non gli mancherà neppure alcunché di necessario<sup>112</sup>; non sarà data a nessuno occasione di procacciarsi, per una via diversa da quella dell'assegnazione comune, qualcosa che gli sia necessario a motivo del nostro Istituto o di un incarico eventualmente assunto, sia riguardo al vitto, sia al vestito, sia agli studi, sia alla salute, sia a qualsiasi arredo. A tale proposito i responsabili, anche se non interpellati, si comporteranno con diligenza e carità.

[109] L'arredamento delle singole camere (che deve essere anch'esso uniforme, eccetto che per necessità) potrà essere pressappoco il seguente: un crocifisso insieme con un'altra immagine atta a suscitare sentimenti di pietà nell'animo di chi l'osserva; i libri che il Superiore concederà per coltivare lo spirito religioso e la vita spirituale e a motivo degli studi e degli incarichi; gli indumenti necessari secondo le stagioni e quelli necessari per uscire di casa (gli altri infatti devono essere lasciati in un luogo comune); e inoltre anche quelle comodità che, secondo i bisogni «di ciascuno», a discrezione del Superiore, servono per riposare.

[110] «Non si terrà in camera» assolutamente nulla da mangiare o da bere, né un letto soffice o ornato con tende, né pareti tappezzate. In tutte queste cose si avrà sempre cura di conservare l'uguaglianza, e i Superiori, osservando anch'essi queste regole (come tutte le altre Costituzioni e delibere capitolari), cercheranno di essere di esempio agli altri.

[111] In generale, sia in ciò che si possiede in comune, sia in ciò che si possiede singolarmente nei termini indicati, si avrà cura che non ci sia nulla di superfluo, nulla di troppo prezioso per materiale o lavorazione, nulla di inutile o che lasci trasparire lusso; e tutti cercheranno di agire con la prescritta moderazione in casa, fuori, in viaggio e in ogni azione e ambiente.

<sup>112</sup> ‡ Si noti il divario rispetto a quanto disposto dal Santo Fondatore: «E felici noi, finché la mente nostra sarà così fondata nel desiderio della povertà, da voler essere non tali poveri a cui abbondano qualche cosa, ma ai quali manchino molte necessità» (*Costituzioni*, c. 4) [N.d.C.].

Aedes quoque eadem regula contineantur, tum urbanae tum rusticae; neque aliquid amplum vel magnificum vel nimio artificio elaboratum in eis admittatur, etiam si id hospitum accipiendorum nomine faciendum dicatur. Picturae ne sint nisi in coenaculo aut certis locis communibus, ad pietatem excitandam, non ad curiosorum oculos pascendos, accommodatae. Sed et supra ianuam cuiusque Collegii effigies Sancti Pauli Apostoli recte collocabitur.

Ipse aedium ambitus, numerus cubiculorum, locorum capacitas, ad eorum numerum qui in eis habitaturi sunt tantum accommodentur.

Cubicula ad singulorum habitationem in quolibet latere **septem communium cubicitorum mediolanensium** mensura constant.

Quae tamen aedificia iam extracta sunt et quae forte in Congregationem devenire contingeret a praescripto modo aliena, sine mutatione possunt haberi, nisi quid a moribus Congregationis ita alienum Praepositus Generalis, cum consensu Assistentium, iudicet, ut omnino sit diruendum vel dimovendum.

Victus sit simplex, non pretiosus, non exquisitus aut delicatus; vestitus item, in quo omnino nihil sericum umquam admittatur: de cetero servetur quod suis tabellis sive notis definitum fuerit cum auctoritate Capituli Generalis, prout generaliter vel specialiter definitum fuerit.

Non solum autem privatim sibi in hoc genere caveant, sed etiam communiter; ut scilicet etiam in rebus communibus quocumque modo curandis quantum possunt moderate se gerant; **idemque** in necessitatibus Collegiorum, cum ita opus est, alicui significandis.

**112** - *Aedes quoque eadem regula contineantur, tum urbanae tum rusticae; neque aliquid amplum vel magnificum vel nimio artificio elaboratum in eis admittatur, etiam si id hospitum accipiendorum nomine faciendum dicatur. Picturae ne sint nisi in coenaculo aut certis locis communibus, ad pietatem excitandam, non ad curiosorum oculos pascendos, accommodatae. Sed et supra ianuam cuiusque Collegii effigies sancti Pauli Apostoli recte collocabitur.*

**113** - *Ipse aedium ambitus, numerus cubiculorum, locorum capacitas, ad eorum numerum qui in eis habitaturi sunt tantum accommodentur.*

*Cubicula ad singulorum habitationem in quolibet latere **quattuor metrorum circiter** mensura constant.*

*Quae tamen aedificia iam extracta sunt et quae forte in Congregationem devenire contingeret a praescripto modo aliena, sine mutatione possunt haberi, nisi quid a moribus Congregationis ita alienum Praepositus Generalis, cum consensu Assistentium, iudicet, ut omnino sit diruendum vel dimovendum.*

**114** - *Victus sit simplex, non pretiosus, non exquisitus aut delicatus; vestitus item, in quo omnino nihil sericum umquam admittatur; de cetero servetur quod suis tabellis sive notis definitum fuerit cum auctoritate Capituli Generalis, prout generaliter vel specialiter definitum fuerit.*

**115** - *Non solum autem privatim sibi in hoc genere caveant, sed etiam communiter; ut scilicet etiam in rebus communibus quocumque modo curandis quantum possunt moderate se gerant, **itemque** in necessitatibus Collegiorum, cum ita opus est, alicui significandis.*

[112] La medesima regola vale anche per gli immobili, siano essi di città o di campagna. Non si ammetterà in essi nulla di grandioso o di sontuoso o di troppo raffinato, anche se si dice di farlo per l'accoglienza degli ospiti. Non ci saranno pitture, se non nel refettorio o in determinati luoghi comuni, allo scopo di destare la pietà e non per compiacere gli occhi dei curiosi. Sarà bene tuttavia collocare sopra l'ingresso di ciascun Collegio un'immagine dell'apostolo Paolo.

[113] La stessa dimensione degli immobili, il numero delle camere, l'ampiezza dei locali saranno proporzionati unicamente al numero di quanti vi dovranno risiedere.

Le camere per l'abitazione dei singoli misureranno per ogni lato sette comuni cubiti milanesi [circa quattro metri].

Tuttavia gli edifici già esistenti che dovessero eventualmente venire in possesso della Congregazione senza essere conformi alle indicazioni prescritte, si possono tenere senza trasformazioni, a meno che il Preposito generale, col consenso degli Assistenti, non giudichi qualcosa talmente contrario agli usi della Congregazione da dover essere interamente distrutto o rimosso.

[114] Il vitto sarà semplice, non costoso, non ricercato né sofisticato. Lo stesso dicasi del vestito, in cui non si ammetterà mai nulla di seta. Per il resto si osserverà ciò che verrà determinato in apposite istruzioni o direttive con l'autorità del Capitolo generale, per quanto sarà conveniente determinare in generale e in particolare.

[115] Non si preoccuperanno di osservare la povertà solo personalmente, ma anche in comune: anche nel trattare in qualunque modo le cose comuni, per quanto possibile, procederanno con moderazione; allo stesso modo «si comporteranno» nel manifestare a qualcuno, quando si rendesse necessario, i bisogni del Collegio.

§ 10  
Immobili

§ 11  
Vitto e vestito

§ 12  
Povertà comunitaria

Superiores apud se pecuniam ne retineant; sed accepta, statim ea loco suo deponatur.

Quos etiam obtestamur in visceribus Iesu Christi ut (quando nos nihil aliud possumus quam **proprietatem usumque** superfluum generaliter prohibere, et quando res ad usum concedendae earumque usus ita adamusim per nos definiri non potest ut per negligentiam forte vel per cupiditatem, fictione aliqua seu interpretatione, paupertatis et communis vitae puritas quoquo modo violari non possit) sincere sancteque provideant ne prava aliqua consuetudo irrepat qua aliquis apud se vel apud alios ita aliquid habeat, ut qui ea quibus utitur aut modum utendi vel disponendi spectet, verius proprietarium vel unum ex abundantibus in saeculo<sup>e</sup>, quam pauperem aut communibus rebus utentem appellare debeat.

**116** - *Superiores apud se pecuniam ne retineant; sed accepta, statim ea loco suo deponatur.*

**117** - *Quos etiam obtestamur in visceribus Iesu Christi ut (quando nos nihil aliud possumus quam superfluum generaliter prohibere, et quando res ad usum concedendae earumque usus ita adamusim per nos definiri non potest ut per negligentiam forte vel per cupiditatem, fictione aliqua seu interpretatione, paupertatis et communis vitae puritas quoquo modo violari non possit) sincere sancteque provideant ne prava aliqua consuetudo irrepat, qua aliquis apud se vel apud alios ita aliquid habeat, ut qui ea quibus utitur aut modum utendi vel disponendi spectet, verius proprietarium vel unum ex abundantibus in saeculo (Psalm. LXXII, 12), quam pauperem aut communibus rebus utentem appellare debeat.*

DE CONFESIONE ET COMMUNIONE.  
CAPUT IV.

Ad haec vota facilius perfectiusque persolvenda, ad has et omnes alias virtutes adipiscendas quae in homine regulari desiderantur, maximum sanctissima Poenitentiae et Eucharistiae Sacramenta momentum habere, dubium non est.

CAPUT IV  
DE CONFESIONE ET COMMUNIONE

**118** - *Ad haec vota facilius perfectiusque persolvenda, ad has et omnes alias virtutes adipiscendas quae in homine regulari desiderantur, maximum sanctissima Poenitentiae et Eucharistiae Sacramenta momentum habere, dubium non est.*

<sup>e</sup> Psalm. LXXII, 12 [*Ecce ipsi peccatores, et abundantes in saeculo obtinuerunt divitias*].

[116] I Superiori non conserveranno denaro presso di sé, ma, non appena ricevuto, lo metteranno al suo posto<sup>113</sup>.

[117] E li scongiuriamo *nell'amore di Gesù Cristo*<sup>114</sup> (dal momento che noi non possiamo fare altro che proibire in generale la proprietà e l'uso delle cose superflue [il superfluo], e siccome non possiamo determinare quali siano le cose da concedersi in uso e quale debba essere il loro uso con tale esattezza da impedire che, per trascuratezza o per interesse, con qualche cavillo di interpretazione, si possa mai violare la purezza della povertà e della vita comune), li scongiuriamo che con santa sincerità facciano in modo che non si insinuino qualche perversa consuetudine, per cui uno tenga qualcosa presso di sé o presso altri, al punto che, se si osservano le cose che egli usa o il modo di usarle e di disporne, si debba chiamarlo più propriamente proprietario o uno dei ricchi di questo mondo<sup>115</sup>, piuttosto che povero o uno che utilizza cose comuni.

§ 13  
Appello ai Superiori

Capitolo 4  
LA CONFESIONE E LA COMUNIONE

[118] Per osservare nella maniera più facile e piena questi voti, per acquistare queste virtù e tutte le altre che si richiedono a un religioso, non c'è dubbio che rivestano una grandissima importanza i sacramenti della Penitenza e dell'Eucaristia.

§ 1  
Importanza  
della Penitenza e  
dell'Eucaristia

<sup>113</sup> ‡ Cf. *infra*, l. IV, c. 17 [18], § 19 [n. 448] [N.d.C.].

<sup>114</sup> ‡ Fil 1:8. Il riferimento non è indicato nel testo latino [N.d.C.].

<sup>115</sup> Sal 72:12. ‡ Testo masoretico: הַגִּבּוֹרִים יִשְׁעוּם וְיִשְׁלְמוּ אֶתְּוֹתָם לְעַדְעֵד; LXX (ed. A. Rahlfs): ἰδοὺ οὗτοι ἄμαρτολοι καὶ εὐθηνούνται· ἰς τὸν αἰῶνα κατέσχον πλοῦτου (= "Ecco, questi sono i peccatori e sono tranquilli; | hanno conquistato ricchezza per l'eternità"); Salterio romano e Salterio gallicano (Vulgata): *Ecce ipsi peccatores, et abundantes in saeculo obtinuerunt divitias*; Salterio "iuxta Hebraeos": *ecce ipsi impii et abundantes in saeculo multiplicaverunt divitias*; NV: *Ecce ipsi peccatores et abundantes in saeculo | multiplicaverunt divitias*; CEI: *Ecce, così sono i malvagi: | sempre al sicuro, ammassano ricchezze* (praticamente, la traduzione letterale dell'ebraico). Tutte le versioni latine si rifanno alla LXX, ma seguendo un testo diverso dalla recensione di Rahlfs, sia per quanto riguarda la forma del verbo εὐθηνέω (= "essere fiorente, in vigore, in buono stato, felice, abbondante, copioso, fecondo"), sia per quanto riguarda la scansione del verso e l'interpretazione di εἰς τὸν αἰῶνα. Rahlfs adotta la lezione εὐθηνούνται (presente indicativo medio-passivo 3ª persona plurale) del Codice Vaticano; le versioni latine invece traducono con *abundantes* la lezione εὐθηνούντες (participio presente nominativo plurale) del Codice Veronese o "Salterio di Verona" (lezione che ritroviamo nell'edizione sistina della LXX del 1587 e nel "textus receptus" in uso presso le Chiese bizantine); *in saeculo* viene collegato al participio *abundantes* e gli viene dato un significato locale ("nel mondo"), mentre nell'edizione di Rahlfs εἰς τὸν αἰῶνα appartiene al secondo emistichio e ha un significato temporale ("per sempre").



Studeant itaque fratres nostri divina huiusmodi remedia praesidiaque animae suae frequenter pieque adhibere;

atque ad sanctissimam Dominici Corporis communionem **singulis dominicis aliisque festis diebus qui Ecclesiae praecepto celebrantur unusquisque** eorum qui Sacerdotes non sunt **accedat. Si quis aliquando abstinendum ducat, aut vero velit frequentius accedere, id faciat cum consensu Confessarii et item Superioris, si ipse non sit Confessarius: qua in re cuiusque devotionis et progressus ratio habeatur.**

Qui Confessarii munere fungetur diligenter communicaturos doceat, praesertim a novitiatu recentes in primisque Conversos, de dignitate tanti Sacramenti, de praeparatione adhibenda, et de fructibus ex eo capiendis: exquirat item quid quisque utilitatis inde reportarit.

**Prius autem quam ad Communionem accedant, peccata sua confiteantur, et id sibi, etiam statis diebus, a Superiore et Confessario cum benedictione concedi magna cum reverentia postulent. Quod si ex Superiorum voluntate, ut hic praescribitur, non communicent, singula tamen hebdomada Poenitentiae Sacramentum non omittant.**

**Praepositus localis omnium in Collegio morantium, etiam si sint Assistentes Praepositi Generalis, Confessarius sit: sed et alium ipse eligat spectatae vitae et gravitatis Sacerdotem, a Generali tamen approbandum, cui quoque iidem omnes ordinarie confiteri possint. Confessarius vero ipse vel Praeposito vel Vicario confiteatur, qui quidem Vicarius ordinarius Confessarius numquam sit.**

**119 - Studeant itaque fratres nostri divina huiusmodi remedia praesidiaque animae suae frequenter pieque adhibere; semel saltem in hebdomada confiteantur<sup>a</sup> atque ad sanctissimam Dominici Corporis communionem frequens equidem, imo et quotidianus accessus unicuique eorum qui Sacerdotes non sunt, libere pateat<sup>b</sup>.**

**120 - Qui Confessarii munere fungetur diligenter communicaturos doceat, praesertim a Novitiatu recentes in primisque Conversos, de dignitate tanti Sacramenti, de praeparatione adhibenda, et de fructibus ex eo capiendis; exquirat item quid quisque utilitatis inde reportarit.**

**121 - In singulis Collegiis duo vel plures, pro numero Sodalium, deputentur spectatae vitae et gravitatis Sacerdotes a Provinciali tamen approbandi, quibus Collegiales confiteantur<sup>d</sup>.**

<sup>a</sup> Can. 595, § 1, n. 3.

<sup>b</sup> Can. 595, § 2.

<sup>c</sup> Ex posteriori Decreto Clementis VIII, subditi possunt quidem, si velint, sed non tenentur confiteri proprio Superiori, nisi pro peccato illi forte reservato; Confessarii vero Communitatis, praeter Superiorem, debent esse saltem duo (Cf. *Commentarium*, § 89).

<sup>d</sup> Can. 518.

[119] I nostri confratelli perciò cercheranno di ricorrere con frequenza e devozione a tali divini rimedi e spirituali difese; [si confesseranno almeno una volta alla settimana<sup>116</sup>] e tutti coloro che non sono sacerdoti si accosteranno ogni domenica e nelle altre feste di precetto [avranno la possibilità di accostarsi liberamente con frequenza e anche ogni giorno<sup>117</sup>] alla santa comunione. Se mai uno ritenesse di doversene astenere, oppure volesse accostarsi più frequentemente, lo farà col consenso del confessore e anche del Superiore, se non è lui il suo confessore. In ciò si terrà conto della devozione e della crescita spirituale di ciascuno [—].

[120] Chi esercita l'ufficio di confessore istruirà accuratamente quanti devono comunicarsi, specialmente quelli che hanno terminato da poco il noviziato<sup>118</sup> e in primo luogo i conversi, sulla dignità di un sacramento così grande, sul modo di prepararvisi e sui frutti da ricavarne; e verificherà pure quale vantaggio ciascuno ne riporti.

Prima di accostarsi alla comunione, si confesseranno, e inoltre, nei giorni stabiliti, chiederanno con grande rispetto al Superiore e al confessore che ciò sia loro concesso insieme con la benedizione. E se, per volontà dei Superiori, non faranno la comunione, come qui viene stabilito, non per questo tralasceranno il sacramento della Penitenza ogni settimana [—].

[121] Il Preposito locale sarà il confessore di tutti coloro che dimorano nel Collegio, anche se sono Assistenti del Preposito generale; ma sceglierà, con l'approvazione del Generale, anche un altro sacerdote [In ogni Collegio saranno incaricati, con l'approvazione del Provinciale, secondo il numero dei sodali, due o più sacerdoti], di specchiata vita e santità, dal quale tutti possano ordinariamente confessarsi [dai quali i membri della comunità si confesseranno<sup>119</sup>]. Il confessore poi si confesserà dal Preposito o dal Vicario; il Vicario non sarà mai il confessore ordinario<sup>120</sup>.

<sup>116</sup> Can. 595, § 1, n. 3 [VI ed.]. † Cf. *infra*, c. 5, § 7 [N.d.C.].

<sup>117</sup> Can. 595, § 2 [VI ed.].

<sup>118</sup> † Sul ruolo del confessore nella formazione dei neoprofessi secondo il primitivo ordinamento (ruolo successivamente modificato), cf. *infra*, l. III, c. 5, § 10 [N.d.C.].

<sup>119</sup> Can. 518 [VI ed.].

<sup>120</sup> A norma di un posteriore decreto di Clemente VIII, i sudditi possono, se vogliono, ma non sono tenuti a confessarsi dal proprio Superiore, eccetto che per un peccato eventualmente a lui riservato; i confessori della comunità poi, oltre al Superiore, devono essere almeno due (cf. *Commentarium*, § 89) [IV ed.].

§ 2

Frequenza  
[della confessione  
e] della comunione

§ 3

Doveri del  
confessore

§ 4

Confessione prima  
della comunione

§ 5

Preposito locale e  
confessore  
ordinario

Possit tamen Praepositus quisque specialem Confessarium alicui, ad tempus, aliquando assignare, si forte intelligat spirituali adiumento id illi fore, et si ei secundum Deum expedire videatur.

Nulli autem alii, sive regulari sive saeculari, sive ex nostris sive de extraneis, cuiquam confiteri liceat (de quo etiam litteris Apostolicis exprimitur) sine Superiorum concessu.

Cum autem ad maiorem ex peccatis dolorem concipiendum et ad pietatem devotionemque excitandam non mediocriter valere compertum sit si quis, praeter frequentiores Confessiones, multi etiam anteacti temporis memoriam recolens, peccata sua et negligentias iterum, quantum recordatione consequi possit, recognoscat; saepeque fiat ut quod fortasse per se consideratum leve visum est, aliis coacervatum grave esse perspiciatur; et cum paucorum dierum negligentia non valde quis sit commotus, longioris temporis otiose transacti recordatione afficiatur; utile in Domino visum est hoc loco fratres nostros hortari ut, praeter Confessionis tempus supra expressum, sexto quoque mense conscientiam suam de sex anteactis mensibus examinent, et generalem Confessionem pro toto eo tempore faciant: quod quidem omnino praestetur ab iis qui professuri et Ordines suscepturi sunt.

*Liceat tamen his, si ad conscientiae quietem utile sit, adire alium Confessarium ab Ordinario loci approbatum<sup>e</sup>.*

*122 - Cum autem ad maiorem ex peccatis dolorem concipiendum et ad pietatem devotionemque excitandam non mediocriter valere compertum sit si quis, praeter frequentiores Confessiones, multi etiam anteacti temporis memoriam recolens, peccata sua et negligentias iterum, quantum recordatione consequi possit, recognoscat; saepeque fiat ut quod fortasse per se consideratum leve visum est, aliis coacervatum grave esse perspiciatur; et cum paucorum dierum negligentia non valde quis sit commotus, longioris temporis otiose transacti recordatione afficiatur; utile in Domino visum est hoc loco fratres nostros hortari ut, praeter Confessionis tempus supra expressum, sexto quoque mense conscientiam suam de sex anteactis mensibus examinent, et generalem Confessionem pro toto eo tempore faciant; quod quidem omnino praestetur ab iis qui professuri et Ordines suscepturi sunt.*

<sup>e</sup> Can. 519.

Tuttavia, in via eccezionale, ogni Preposito potrà assegnare temporaneamente a uno un confessore straordinario, se capisce che questo possa essergli di spirituale vantaggio e se gli sembra opportuno *secundum Deum* [Sarà tuttavia loro permesso, se risulta utile alla tranquillità della coscienza, rivolgersi a un altro confessore approvato dall'Ordinario del luogo.<sup>121</sup>]

Da nessun altro <sacerdote>, religioso o secolare, che appartenga o no alla Congregazione, sarà lecito ad alcuno confessarsi (se ne parla anche nei documenti pontifici<sup>122</sup>) senza il permesso dei Superiori [—].

[122] È certo che, per provare un maggior dolore dei peccati e per ravvivare la pietà e la devozione, risulta non poco utile, oltre alle confessioni ordinarie, tornare con la mente anche al passato e riconoscere di nuovo, per quanto sia possibile ricordare, i propri peccati e le proprie mancanze; e spesso accade che una cosa, considerata in sé stessa, può apparire lieve, ma assommata ad altre, si rivela grave; e mentre non ci si allarma molto per una mancanza di pochi giorni, si viene colpiti dal ricordo di un periodo più lungo trascorso infruttuosamente. Perciò sembra utile *in Domino* esortare qui i nostri confratelli perché, oltre la suddetta frequenza alla confessione, ogni sei mesi esaminino la loro coscienza sui sei mesi trascorsi e facciano la confessione generale per tutto quel periodo. Ciò sia compiuto, in ogni caso, da quanti devono emettere la professione o ricevere gli Ordini.

<sup>121</sup> Can. 519 [VI ed.].

<sup>122</sup> ‡ Si veda il breve di Sisto V *Paterna Nostra caritas* del 6 gennaio 1586 (*Bullarium*, p. 57) [N.d.C.].

DE DIVINIS OFFICIIS.  
CAPUT V.

Sed et preces divinae officia publice celebranda, ad regularem vitam stabiliendam valde pertinere dicenda sunt, magnumque illius esse decus et ornamentum.

Missam igitur celebrent et horas canonicas recitent fratres nostri ad praescriptum Missalis et Breviarii Pii V iussu editi.

**Unumquodque tamen Collegium duplici officio celebret Patroni loci festum cum octavis.**

Qui sacerdotes ordinantur, ante celebrare ne permittantur quam caeremonias ad praescriptum eiusdem Missalis adhibere sciant; in quibus etiam omnes unam studeant servare rationem.

Primam autem Missam dicant sine solemnitate.

**Nullus Sacerdos Missam aliquo die celebrare omittat, nisi Superior causam probarit.**

Missam celebraturi prius id a Superiore sibi concedi, cum benedictione, petant; et item a Confessario, quando confitentur.

**Frequenter autem ante confiteantur, puta ter vel bis saltem singula hebdomada.**

Clerici et Conversi omnes, item si quis Sacerdos forte non celebret, Missae quotidie intersint; et qui Missae inservire debent, prius caeremoniis rite instruantur.

CAPUT V  
DE DIVINIS OFFICIIS

**123** - *Sed et preces divinae officia publice celebranda, ad regularem vitam stabiliendam valde pertinere dicenda sunt, magnumque illius esse decus et ornamentum.*

**124** - *Missam igitur celebrent et Horas canonicas recitent fratres nostri ad praescriptum Missalis et Breviarii **romani**.*

**125** - *Qui sacerdotes ordinantur, ante celebrare ne permittantur quam caeremonias ad praescriptum eiusdem Missalis adhibere sciant; in quibus etiam omnes unam studeant servare rationem.*

**126** - *Primam autem Missam dicant sine solemnitate.*

**127** - *Sacerdotes Missam nullo die celebrare omittant, inscio Superiore;*

*semper autem ad eam sese piis precibus disponant; eaque expleta, gratias Deo pro tanto beneficio agant<sup>a</sup>.*

**128** - *Clerici et Conversi omnes, item si quis Sacerdos forte non celebret, Missae quotidie intersint; et qui Missae inservire debent, prius caeremoniis rite instruantur.*

<sup>a</sup> Can. 810.

Capitolo 5  
LA LITURGIA<sup>123</sup>

[123] Non vi è dubbio che anche la preghiera e la celebrazione comune<sup>124</sup> della liturgia sono molto utili a rinsaldare la vita religiosa e ne sono lustro e decoro.

[124] I nostri confratelli dunque celebreranno la Messa e reciteranno le Ore canoniche secondo le prescrizioni del Messale e del Breviario pubblicati per ordine di Pio V [Romano]. Ogni Collegio tuttavia celebrerà con ufficio doppio la festa del Patrono del luogo con l'ottava [—].

[125] A quanti vengono ordinati sacerdoti non sarà permesso di celebrare prima che sappiano eseguire le cerimonie secondo le prescrizioni del medesimo Messale. Nel celebrare tutti cercheranno di essere uniformi.

[126] Diranno la prima Messa senza alcuna solennità.

[127] Nessun sacerdote ometterà [I sacerdoti non ometteranno] di celebrare la Messa ogni giorno, senza che il Superiore ne abbia approvato il motivo [all'insaputa del Superiore];.

Quanti devono celebrare la Messa prima chiederanno al Superiore che glielo conceda con la benedizione e così pure al confessore, quando si confessano [sempre si prepareranno ad essa con la preghiera; e al suo termine ringrazieranno Dio per un beneficio così grande.<sup>125</sup>].

Si confesseranno spesso prima <di celebrare>, per esempio tre o almeno due volte alla settimana [⇒ n. 119].

[128] Tutti i chierici e i conversi, come pure i sacerdoti che eventualmente non dovessero celebrare, parteciperanno quotidianamente alla Messa. Quanti devono servire la Messa saranno prima ben istruiti nelle cerimonie.

<sup>123</sup> ‡ Il termine “liturgia”, qui utilizzato per tradurre *divina officia*, potrebbe apparire — e di fatto è — anacronistico, ma ci sembra quello che meglio renda, nel linguaggio attuale, il contenuto di quell'espressione. In questo capitolo infatti non si tratta solo dell'Ufficio divino (a cui si fa riferimento con l'espressione *Horae canonicae*), ma anche della Messa [N.d.C.].

<sup>124</sup> ‡ Abbiamo tradotto *publice celebranda* con “celebrazione comune” anziché “pubblica”, in quanto questo ci sembra il senso con cui viene usata l'espressione nel contesto: si veda la *publica recitatio* al successivo § 14 [n. 132] [N.d.C.].

<sup>125</sup> Can. 810 [VI ed.].

Horae canonicae ex instituto nostrae Congregationis voce unisona, non flexionibus variata, moderata in pronunciando tarditate, cum pausa ad versiculi punctum, **sine productione vocis ad punctum** et ad finem versus, et devote, quantum Deus dederit, recitentur; cereis accensis ad omnes horas in altari collocatis.

**Eadem ratio in Missa solemnī servetur, cum, ex praescripto tabellae conficiendae, erit celebranda.**

**In matutinis et officiis defunctorum brevior sit, de more, pronunciatio; apta tamen, distincta, et cum aliqua pausa ad punctum; et eodem modo in ferialibus diebus.**

In iis omnibus **musicus cantus, etiam qui firmus vulgo dicitur, aut musica instrumenta ne admittantur ita ut dispensari hac in re non possit**<sup>b</sup>.

**129 - In domibus Novitiatūs Horae canonicae ex instituto nostrae Congregationis voce unisona, non flexionibus variata, moderata in pronunciando tarditate, cum pausa ad versiculi punctum et ad finem versus, et devote, quantum Deus dederit, recitentur; cereis accensis ad omnes horas in altari collocatis.**

**130 - In iis omnibus musicae sive organo aliisve instrumentis sive cantu quae profanum sapiant quod domus Dei sanctitatem dedebeat, omnino arceantur, et leges liturgicae circa musicam sacram servantur**<sup>c</sup>.

<sup>b</sup> **Declaratio.** «Quamquam Constitutionibus nostris sapientissime cautum sit ne in sacris functionibus musicus cantus, etiam qui firmus vulgo dicitur, aut musica instrumenta admittantur, quum tamen locorum et temporum circumstantiae sint hodie per legitimam consuetudinem prorsus immutatae, Capitulum Generale declarat: musicum cantum et harmonica instrumenta in ecclesiis nostris permitti dummodo nihil omnino profanum sapiant quod domus Dei sanctitatem dedebeat, mentesque fidelium a rerum caelestium contemplatione avertat.»

Praeterea, ex Decreto S. Rituum Congregationis, sub die 14 Martii 1896, intonationes Hymni angelici ac Symboli, nec non singulae intonationes a Celebrante in Missa cantata exequendae, videlicet Orationum, Praefationis, Orationis Dominicae, et cum relativis responsionibus ad chorum pertinentibus, ex praeepto servari debent prout iacent in *Missali* (iuxta editiones a S. Rit. C. adprobatae, vel exemplaria quae authentico testimonio Ordinariorum cum illis cohaerent); et quaecumque contraria consuetudo est eliminanda. Hoc vero Decretum nos quoque respicere explicitis verbis declaravit Eminentissimus eiusdem S. C. Praefectus.

<sup>c</sup> Can. 1264, § 1.

[129 Nelle case di noviziato] si reciteranno le Ore canoniche secondo l'uso della Congregazione, con voce unisona, non variata da flessioni, lenta nella pronuncia, facendo la pausa alla mediana del versetto<sup>126</sup>, senza strascicare la voce alla mediana [—] e alla fine del verso, con devozione, per quanto Dio lo conceda; con le candele collocate sull'altare accese a tutte le Ore<sup>127</sup>.

Si adotterà il medesimo stile quando si dovrà celebrare la Messa solenne, a norma delle indicazioni che verranno emanate<sup>128</sup> [—].

Al Mattutino e nell'Ufficio dei defunti la recitazione sarà, secondo l'uso, più veloce; sempre però composta, chiara e con una breve pausa alla mediana; lo stesso dicasi per i giorni feriali [—].

[130] In tutte queste «celebrazioni» non si ammetterà il canto, neppure quello comunemente detto “fermo”<sup>129</sup>, né gli strumenti musicali. E in ciò non si potrà dispensare<sup>130</sup> [saranno escluse le musiche strumentali e i canti che sappiano di profano, e che perciò non convengono alla santità della casa di Dio, e si osserveranno le norme liturgiche sulla musica sacra<sup>131</sup>].

<sup>126</sup> ‡ Contrassegnata dall'asterisco [N.d.C.].

<sup>127</sup> ‡ Questo paragrafo descrive il tradizionale modo di salmodiare *recto tono* in Congregazione. Su di esso e sull'esclusione della musica e del canto, di cui al successivo § 12, si sofferma il GABUZIO della sua *Historia*, l. II, c. 22 (*Quare cantus musicus in officiis divinis apud nos non adhibeatur*), pp. 187-191. Il PREMOLI, *Cinquecento*, pp. 284-285, riporta il verbale del Capitolo del 21 aprile 1575, che dimostra che l'opzione per la recita *recto tono* dell'Ufficio divino e l'esclusione della musica e del canto va ricondotta a una precisa volontà di San Carlo Borromeo [N.d.C.].

<sup>128</sup> ‡ Cf. *infra*, § 25 [N.d.C.].

<sup>129</sup> In musica, per *cantus firmus* si intende una preesistente melodia costituente la base di una composizione polifonica. Dal momento che le prime composizioni polifoniche si basavano in genere su un canto gregoriano, l'espressione è stata spesso usata come sinonimo, appunto, di “canto gregoriano”.

<sup>130</sup> **Dichiarazione.** «Sebbene le nostre Costituzioni abbiano assai sapientemente disposto che nelle sacre funzioni non si debba ammettere il canto, neppure quello comunemente detto “fermo”, né gli strumenti musicali, siccome però le circostanze dei luoghi e dei tempi sono oggi per una legittima consuetudine completamente mutate, il Capitolo generale dichiara: Il canto e gli strumenti musicali sono permessi nelle nostre chiese, purché non contengano alcunché di profano che non conviene alla santità della casa di Dio e distoglie le menti dei fedeli dalla contemplazione delle cose celesti» [⇒ n. 130].

Inoltre, a norma del decreto della Sacra Congregazione dei Riti del 14 marzo 1896, l'intonazione del *Gloria* e del *Credo*, come pure tutte le intonazioni che il celebrante deve fare nella Messa cantata, vale a dire delle orazioni, del prefazio, del *Padre nostro*, e con le relative risposte spettanti al coro, devono essere eseguite *ex praeepto* «così come si trovano nel Messale» (secondo le edizioni approvate dalla Sacra Congregazione, o secondo gli esemplari che, per attestato autentico degli Ordinari, concordano con quelle); e «qualsiasi consuetudine contraria va eliminata». Il Prefetto della medesima Sacra Congregazione ha dichiarato espressamente che questo decreto riguarda anche noi [IV ed.].

<sup>131</sup> Can. 1264, § 1 [VI ed.].



Extranei, nisi Religiosi seu Clerici, tempore divinorum officiorum in choro non admittantur; neque intra sepimentum altaris, cum Missa celebratur.

Ab officii divini

publica recitatione nemo absit nisi iusta aliqua causa, Superioris arbitrio, impeditus, **exceptis iis de quibus in his Constitutionibus exprimetur:**

**ii**que maxime adesse semper studeant quorum functio aliqua propria vel officium sit in choro. Qui abfuerit

**curet** tamen **in choro** officium dicere, aut eo certe loco et modo qui sacrae precatationi conveniat et mentis evagationi occasionem non praebeat.

**Hora matutini officii hyeme ante lucem, aestate sit primo diluculo, exceptis scilicet iis diebus quibus solet Ecclesia matutinum vesperi praecedente recitare<sup>d</sup>.**

Missa **quotidie** pro Congregatione in unoquoque Collegio fiat<sup>e</sup>.

Cum quis ex fratribus nostris

moriatur, in Collegio cui adscriptus tunc fuerit pro eo officium defunctorum cum tribus nocturnis et vesperis dicatur tribus diebus, et sacrificia iisdem diebus pro eo, ritu pro defunctis usitato,

**131 - Extranei, nisi Religiosi seu Clerici, tempore divinorum officiorum in choro non admittantur; neque intra sepimentum altaris, cum Missa celebratur.**

**132 - Ab officii divini, in domibus Novitiatus,** publica recitatione nemo absit nisi iusta aliqua causa, Superioris arbitrio, impeditus;

*ii maxime adesse semper studeant quorum functio aliqua propria vel officium sit in choro. Qui abfuerit **ac ceteri quos obligatio chori non afficit, curent tamen officium divinum in ecclesia dicere, aut eo certe loco et modo qui sacrae precatationi conveniat et mentis evagationi occasionem non praebeat.***

**133 - Singula hebdomada** Missa pro Congregatione in unoquoque Collegio fiat.

**134 - Cum quis ex fratribus nostris, etiam Novitius<sup>f</sup>,** moriatur, in Collegio cui adscriptus tunc fuerit, pro eo officium defunctorum cum tribus nocturnis et vesperis dicatur tribus diebus, et sacrificia iisdem diebus pro eo, **ab unoquoque Sodali Sacerdote, si liturgiae leges permittant,**

<sup>d</sup> Nunc, ex Decreto Pii IX (an. 1848), obligatio chori afficit tantum domos Novitiatum et Collegium SS. Pauli et Barnabae Mediolani.

<sup>e</sup> **Declaratio.** «Praeceptum Constitutionum de Missa quotidie facienda in unoquoque Collegio pro Congregatione, diebus festis adimpleri declaratur per Missam a Superioribus localibus pro familia celebrandam; item per Missam singulis Sacerdotibus ex institutis nostris certis diebus praescriptam pro quodam peculiari bono Congregationis.»

<sup>f</sup> **N.B.** Hodie certum est Superiores regulares, nisi sint eodem tempore Parochi, non teneri, ex iure canonico, ad applicandam Missam in diebus festis pro suis subditis.

<sup>g</sup> Can. 567, § 1.

[131] Gli estranei, a meno che non siano religiosi o chierici, non verranno ammessi in coro durante le celebrazioni liturgiche, né dentro il presbiterio quando si celebra la Messa. § 13  
Esclusione degli estranei

[132] Dalla recita comune dell'Ufficio divino [nelle case di noviziato], a parte quelli di cui si dirà nelle presenti Costituzioni<sup>132</sup> [—], non si assenterà nessuno, a meno che uno non sia impedito per un giusto motivo, a discrezione del Superiore; e [—] soprattutto cercheranno di essere sempre presenti quanti svolgono qualche ufficio o ministero in coro. Chi è assente cercherà [e gli altri che non hanno l'obbligo del coro cercheranno] almeno di dire l'Ufficio in coro [l'Ufficio divino in chiesa], o perlomeno in un luogo e in un modo che convengano alla preghiera e non diano occasione di distrazione. § 14  
Obbligo del coro

Il Mattutino si celebrerà d'inverno prima dell'alba e d'estate sul far del giorno, eccetto naturalmente in quei giorni in cui la Chiesa è solita recitare quest'Ora la sera del giorno precedente<sup>133</sup> [—]. § 15  
Orario del Mattutino

[133] Ogni giorno [Ogni settimana] si celebrerà in ciascun Collegio una Messa per la Congregazione<sup>134</sup>. § 16  
Missa pro Congregazione

[134] Quando muore uno dei nostri confratelli [anche novizio<sup>135</sup>], nel Collegio a cui allora era iscritto si dirà per lui l'Ufficio dei defunti con tre notturni e i Vespri per tre giorni, e nei medesimi giorni verrà celebrata per lui [da ciascun sodale sacerdote] la Messa per i defunti [se lo permettono le norme liturgiche]; § 17  
Sufraggi per i confratelli defunti

<sup>132</sup> † Cf. *infra*, § 26 [n. 147]; l. III, c. 2, § 6; l. III, c. 5, § 18 [N.d.C.].

<sup>133</sup> Attualmente, a norma del decreto di Pio IX del 1848, l'obbligo del coro riguarda soltanto le case di noviziato e il Collegio dei Santi Paolo e Barnaba di Milano [IV ed. ⇒ nn. 129 & 132]. † Il testo del decreto del 13 gennaio 1848 è riportato dal *Bullarium*, p. 142 [N.d.C.].

<sup>134</sup> **Dichiarazione.** «Si dichiara che il precetto delle Costituzioni sulla celebrazione quotidiana della Messa per la Congregazione in ogni Collegio nei giorni festivi si soddisfa con la Messa che i Superiori locali celebrano *pro familia*; e così pure con la Messa prescritta dai nostri istituti a tutti i sacerdoti in determinati giorni per qualche bene particolare della Congregazione.»

**N.B.** Oggi si dà per certo che i Superiori religiosi, a meno che non siano allo stesso tempo parroci, non sono tenuti, per diritto canonico, ad applicare la Messa per i loro suditi nei giorni di festa [IV ed.].

<sup>135</sup> Can. 567, § 1 [VI ed.]. † Cf. *supra*, n. 48 [N.d.C.].

offerantur: alibi vero singuli Sacerdotes semel sacrificium offerant; reliqui Clerici pro eo privatim dicant officium defunctorum, itidem cum tribus nocturnis et vesperis; Conversi vero rosarium **quod dicunt**, idque integrum: de cetero pro libito ei quisque suffragetur<sup>8</sup>.

**Nunc de Congregatione universa intelligimus; at cum fuerit divisa in Provincias, de ea Provincia tantum intelligatur in qua illud Collegium fuerit:**

moriente tamen Generali, **id praestetur in tota Congregatione quod pro moriente in propria Provincia praestatur**<sup>9</sup>. Quae ut praestari possint, Superior Collegii illius in quo quis moritur statim ea de re quos oportuerit certiores faciat.

Pro omnibus autem defunctis fratribus et fratrum consanguineis, item pro benefactoribus et benefactorum consanguineis, et iis qui in ecclesiis nostris forte sepulti sint, singula hebdomada

*offerantur; alibi vero singuli Sacerdotes semel sacrificium offerant; reliqui Clerici pro eo privatim dicant officium defunctorum, itidem cum tribus nocturnis et vesperis; Conversi vero Rosarium B. M. V., idque integrum; de cetero pro libito ei quisque suffragetur.*

**135 - Si quis in Collegio decedat ubi minus quam decem Sacerdotes inhabitant, triginta saltem Missae pro ipso omnino fiant.**

**136 - Si decedat in Missione, curet Praepositus Generalis pro eo, ultra consueta omnium suffragia, triginta Missas alicubi celebrandas.**

**137 - Moriente tamen Praeposito Generali addatur in singulis Collegiis Missa sollemnis.**

**138 - Quae ut praestari possint, Superior Collegii illius in quo quis moritur, statim ea de re quos oportuerit certiores faciat.**

**139 - Pro omnibus autem defunctis fratribus et fratrum consanguineis, item pro benefactoribus et benefactorum consanguineis, et iis qui in ecclesiis nostris forte sepulti sint, singula hebdomada**

<sup>8</sup> **Declaratio.** «Capitulum Generale declarat obligationem recitandi officium in tri-duum afficere singulos Sacerdotes Collegii quo quis ex nostris moritur, etiam si officium in choro non recitetur; item, obligationem Missam pro defuncto per tres dies celebrandi absolvi debere a cunctis Collegii Sacerdotibus, etiam si Missae hac ratione celebrandae plures sint quam triginta.»

<sup>9</sup> Ex decreto Capitulum Generalium, etiam post divisam in Provincias Congregationem, eadem suffragia pro unoquoque Sodali defuncto fiunt, quae fiebant ante illam divisionem.

nelle altre case ogni sacerdote celebrerà almeno una Messa; gli altri chierici diranno privatamente per lui l'Ufficio dei defunti con tre notturni e i Vespri; i conversi invece reciteranno per intero il cosiddetto "Rosario" [Rosario della B. V. M.]. Per il resto, ciascuno pregherà in suo suffragio come preferisce<sup>136</sup>. Ora ci riferiamo a tutta la Congregazione, ma quando essa sarà divisa in Province, ciò che s'è detto riguarderà solo la Provincia a cui appartiene il Collegio interessato [—].

[135 Se uno muore in un Collegio dove abitano meno di dieci sacerdoti, si celebreranno in totale per lui almeno trenta Messe.]

[136 Se «uno» muore in missione, il Preposito generale provvederà a far celebrare per lui da qualche parte trenta Messe, oltre i consueti suffragi di tutti.]

[137 Tuttavia alla morte del [Preposito] generale si farà in tutta la Congregazione ciò che si fa per un defunto nella propria Provincia<sup>137</sup> [si aggiungerà in ogni Collegio una Messa solenne].

[138 Perché ciò possa avvenire, il Superiore del Collegio dove muore uno subito ne informerà chi di dovere.

[139 Per tutti i confratelli defunti e per i parenti «defunti» dei confratelli, come pure per i benefattori «defunti» e per i parenti «defunti» dei benefattori, e per coloro che eventualmente sono sepolti nelle nostre chiese, ogni settimana

§ 18  
Suffragi settimanali  
(e mensili) per i  
defunti

<sup>136</sup> **Dichiarazione.** «Il Capitolo generale dichiara che l'obbligo di recitare l'ufficio per tre giorni riguarda i sacerdoti del Collegio dove uno dei nostri muore, anche se l'ufficio non si recita in coro; ugualmente, l'obbligo di celebrare la Messa per il defunto per tre giorni deve essere assolto da tutti i sacerdoti del Collegio, anche se le Messe così celebrate sono più di trenta» [IV ed.].

<sup>137</sup> Per decreto dei Capitoli generali, anche dopo la divisione della Congregazione in Province, si fanno per ciascun sodale defunto gli stessi suffragi, che si facevano prima di quella divisione [IV ed.].

officium defunctorum dicatur (si dies scilicet in ea fuerit officio novem lectionum non impedita, et excepta hebdomada sancta et tempore paschali) eademque die pro iisdem sacrificia offerantur. Quod si nulla dies non impedita fuerit, sacrificia tamen offerantur.

Eadem die Conversi Coronae precationem adhibeant<sup>1</sup>.

Quoniam vero pia eorum liberalitas qui Collegia fundant postulat ut eorum memores simus, et quibus possumus pietatis officiis gratiam referamus, cum primum Collegii possessio Congregationi tradita fuerit, Praepositus Generalis universae Congregationi denunciaret, ut quilibet Sacerdos sacrificium offerat pro Fundatore. Idem fiat ut primum illum defunctum esse cognitum fuerit.

Praeterea **singula hebdomada** Missa celebretur in unoquoque Collegio pro Fundatore suo sive vivo sive defuncto; et item singulis annis eo die quo in Collegii possessionem ventum fuerit, sacrificium pro eo unusquisque Collegii Sacerdos offerat; quibus diebus, qui Sacerdotes non fuerint, et ipsi coronae precatione orent pro illius salute. Quod si universitas fundarit, pro iis qui de ea sint et fuerint id praestetur.

Si quis non omnino fundator Collegii dici possit, sed eiusmodi pii foundationis officii sit particeps, praeter id quod eius tamquam benefactoris a nobis memoria conservabitur, statuatur etiam Praepositus Generalis quid eorum suffragiorum illi impertiatur.

*sacrificium Sacerdotes offerant, eademque die Clerici et Conversi coronae precationem adhibeant;*

*praeterea prima die cuiusque mensis officium novem lectionum non impedita officium defunctorum dicatur; natalitio autem tempore (a die 17 decembris usque ad octavam Epiphaniae inclusive), hebdomada sancta et paschali tempore exceptis.*

*Eadem die Conversi coronae precationem adhibeant.*

**140** - *Quoniam vero pia eorum liberalitas qui Collegia fundant postulat ut eorum memores simus, et quibus possumus pietatis officiis gratiam referamus, cum primum Collegii possessio Congregationi tradita fuerit, Praepositus Generalis universae Congregationi denunciaret, ut quilibet Sacerdos sacrificium offerat pro Fundatore. Idem fiat ut primum illum defunctum esse cognitum fuerit.*

**141** - *Praeterea singulis hebdomadis Missa celebretur in unoquoque Collegio pro Fundatore suo sive vivo sive defuncto; et item singulis annis eo die quo in Collegii possessionem ventum fuerit, sacrificium pro eo unusquisque Collegii Sacerdos offerat; quibus diebus, qui Sacerdotes non fuerint, et ipsi coronae precatione orent pro illius salute. Quod si universitas fundarit, pro iis qui de ea sint et fuerint id praestetur.*

**142** - *Si quis non omnino Fundator Collegii dici possit, sed eiusmodi pii foundationis officii sit particeps, praeter id quod eius tamquam benefactoris a nobis memoria conservabitur, statuatur etiam Praepositus Generalis quid eorum suffragiorum illi impertiatur.*

<sup>1</sup> **Declaratio.** «Qui officio defunctorum in choro non interfuerint, separatim recitare teneantur: haec autem declaratio afficit omnes, in iis quoque Collegiis ubi officium in choro non persolvitur.»

si dirà l'Ufficio dei defunti (naturalmente se c'è un giorno non impedito dall'Ufficio di nove letture, e fatta eccezione per la settimana santa e il tempo pasquale) e nello stesso giorno si celebrerà per loro la Messa. E se non dovesse capitare alcun giorno non impedito, si celebrerà però almeno la Messa [i sacerdoti celebreranno la Messa e nello stesso giorno i chierici e i conversi reciteranno la corona; inoltre il primo giorno di ogni mese non impedito dall'Ufficio di nove letture, si dirà l'Ufficio dei defunti; eccetto che nel tempo di Natale (dal 17 dicembre fino all'ottava dell'Epifania inclusa), nella settimana santa e nel tempo pasquale]. Nello stesso giorno i conversi reciteranno la corona<sup>138</sup>.

[140] Siccome la benevolenza di coloro che fondano i Collegi esige che ci ricordiamo di loro e li contraccambiamo come possiamo, e cioè con pratiche di pietà, non appena sia passata alla Congregazione la proprietà di un Collegio, il Preposito generale lo farà sapere a tutta la Congregazione, cosicché ogni sacerdote celebri una Messa per il fondatore. Si farà lo stesso non appena si venga a conoscenza della sua morte.

[141] Inoltre ogni settimana in ogni Collegio si celebrerà una Messa per il suo fondatore, vivo o defunto; e così pure ogni anno, nel giorno in cui si è entrati in possesso del Collegio, ogni sacerdote che ne fa parte celebrerà la Messa per lui: in tali giorni coloro che non sono sacerdoti reciteranno la corona per la sua salvezza. E se a fondare il Collegio è stato un sodalizio, si farà lo stesso per quelli che ne fanno e ne hanno fatto parte.

[142] Se uno non può essere considerato a pieno titolo fondatore di un Collegio, ma ha partecipato alla sua fondazione, oltre al fatto che lo ricorderemo come benefattore, il Preposito generale stabilirà pure quali suffragi gli si debbano concedere.

§ 19  
Messe per i  
fondatori dei Collegi

§ 20  
Messe settimanali e  
annuali per il  
fondatore del  
proprio Collegio

§ 21  
Suffragi per chi ha  
partecipato alla  
fondazione di un  
Collegio

<sup>138</sup> **Dichiarazione.** «Coloro che non hanno partecipato all'ufficio dei defunti in coro, sono tenuti a recitarlo in privato. Tale dichiarazione riguarda tutti, anche in quei Collegi dove non c'è l'obbligo del coro» [IV ed.].

Postremo constituimus Fundatores quosque a fratribus nostris recipiendos ad participandum meritum omnium bonorum operum quae, Deo dante, in tota Congregatione fient. Benefactores quoque eiusdem communicationis meriti officio charitateque prosequimur, et, ut haec omnia rectius efficiantur, hic addere visum est ut tum Fundatorum tum Benefactorum nomina in singulis Collegiis diligenter notentur, adiecta breviter causa.

Praecipue vero illud Superioribus omnibus curae sit ut etiam, praeter sacrificia de quibus superius diximus, pro Congregatione orationes Domino fiant, ex quo omnis sufficientia nostra est<sup>1</sup>.

Ut divinorum officiorum ratio atque ordo recte riteque se habeat, in omnibus Collegiis constituatur Praefectus tum chori tum caeremoniarum, qui ad praescriptam officii sui formulam id muneris exerceat, et cui omnes in eo genere obediant.

Praeterea, ad diversitatem cavendam et ad rituum, sacrarum caeremoniarum et decentiae rectam rationem tenendam, **Capitulum Generale aliquibus id muneris mandet ut**

omnia ad divina officia, sacrum cultum, suppellectilis sacristiae, et ecclesiarum munditiam et decentiam **pertinentia, quatenus opus esse videatur,**

ad normam eorum quae in hoc genere Romanae Ecclesiae auctoritate **praescripta** sunt, et ex aliis etiam eiusdem generis scriptis probatis, **describant: quae ab eodem Capitulo Generali aut ab iis quos elegerit approbata,** in tota Congregatione serventur.

**143 - Postremo constituimus Fundatores quosque a fratribus nostris recipiendos ad participandum meritum omnium bonorum operum quae, Deo dante, in tota Congregatione fient. Benefactores quoque eiusdem communicationis meriti officio charitateque prosequimur, et, ut haec omnia rectius efficiantur, hic addere visum est ut tum Fundatorum tum Benefactorum nomina in singulis Collegiis diligenter notentur, adiecta breviter causa.**

**144 - Praecipue vero illud Superioribus omnibus curae sit ut etiam, praeter sacrificia de quibus superius diximus, pro Congregatione orationes Domino fiant, ex quo omnis sufficientia nostra est** (II Cor., III, 5).

**145 - Ut divinorum officiorum ratio atque ordo recte riteque se habeat, in omnibus Collegiis constituatur Praefectus tum chori tum caeremoniarum, qui ad praescriptam officii sui formulam id muneris exerceat, et cui omnes in eo genere obediant.**

**146 - Praeterea, ad diversitatem cavendam et ad rituum, sacrarum caeremoniarum et decentiae rectam rationem tenendam,**

**omnia quae ad divina officia, sacrum cultum, suppellectilis sacristiae et ecclesiarum munditiam et decentiam pertinent,**

**ad normam eorum quae in hoc genere Romanae Ecclesiae auctoritate decreta sunt, et ex aliis etiam eiusdem generis scriptis probatis collecta habemus,**

**in tota Congregatione serventur.**

<sup>1</sup> II Cor. III, 5 [Sufficientia nostra ex Deo est].

[143] Infine disponiamo che tutti i fondatori devono essere ammessi dai nostri confratelli a partecipare ai meriti di tutte le opere buone che, per grazia di Dio, si compiono in Congregazione. Per dovere di carità facciamo ugualmente partecipi degli stessi meriti anche i benefattori. E perché tutto ciò possa facilmente avvenire, raccomandiamo di annotare diligentemente in ogni Collegio i nomi sia dei fondatori sia dei benefattori, aggiungendo una breve motivazione.

[144] In modo particolare tutti i Superiori faranno in modo che, oltre le Messe di cui abbiamo precedentemente detto, si facciano preghiere al Signore, dal quale viene ogni nostra capacità<sup>139</sup>, anche per la Congregazione.

[145] Perché le celebrazioni liturgiche si svolgano correttamente e secondo le norme, in tutti i Collegi sarà costituito un Prefetto del coro e delle cerimonie, che eserciti il suo ufficio secondo le norme stabilite<sup>140</sup>. A lui tutti obbediranno in materia liturgica.

[146] Inoltre, per evitare la diversità e per conservare il decoro nei riti e nelle sacre cerimonie, il Capitolo generale affiderà ad alcuni l'incarico di determinare, nei limiti del necessario, ciò che riguarda la liturgia, il culto divino, la pulizia e il decoro degli arredi sacri e delle chiese, a norma delle disposizioni della Chiesa Romana, e «rifacendosi» anche ad altri scritti liturgici approvati. Quanto sarà approvato dallo stesso Capitolo generale o da coloro che esso avrà nominati, sarà osservato in tutta la Congregazione<sup>141</sup> [in tutta la Congregazione si osserverà ciò che riguarda la liturgia, il culto divino, la pulizia e il decoro degli arredi sacri e delle chiese, a norma delle disposizioni della Chiesa Romana, oltre a ciò che abbiamo raccolto da altri scritti liturgici approvati].

§ 22  
Partecipazione dei fondatori e dei benefattori ai meriti della Congregazione

§ 23  
Preghiere per la Congregazione

§ 24  
Prefetto del coro e delle cerimonie

§ 25  
Cerimoniale

<sup>139</sup> 2 Cor 3:5.

<sup>140</sup> ‡ *Regulae officiorum*, “De officio Praefecti caeremoniarum, chori et sacrarii”, ed. 1863, pp. 96-105; ed. 1950, pp. 80-88 [N.d.C.].

<sup>141</sup> ‡ A tale disposizione sarà data attuazione nel Capitolo generale del 1605, che incaricherà il Padre Bartolomeo Gavanti di preparare il *Caeremoniale*, che verrà pubblicato nel 1607 [N.d.C.].



Conversi, qui manu atque opera inter nos Deo famulantur, ad rationem horarum canonicarum preces suas dicant: loco matutini dicant orationem dominicam et salutationem angelicam vices et quater; pro laudibus quinquies; pro vespers duodecies; pro reliquis singulis horis septies. Praeterea

matutino et orationi illi coniunctae intersint, praecationi et ipsi modo suo incumbentes.

Conditiones vel onera Missarum aut divinorum officiorum perpetua legatis vel similibus dispositionibus adiecta, nisi valde gravi de causa a Capitulo Generali solum examinanda, non accipiantur. In iis etiam quae ad tempus sunt accipiendis habeatur ratio functionum et institutorum nostrorum, ut non impediantur, et item onerum iam susceptorum; neque accipiantur sine causa gravi a Praeposito Generali et Assistentibus approbanda.

Capellae, etiam ad tempus, cum obligatione extra ecclesias nostras celebrandi, ne accipiantur.

Obligationes sive conditiones officiorum et Missarum, quae non in perpetuum neque ad tempus, sed in dies deferuntur, parce admodum accipiantur.

In Missis hoc amplius spectetur ut, quantum fieri possit, Missa ab officio diei non discordet, secundum regulas Romanae Ecclesiae auctoritate traditas.

Omnino autem nullus Praepositus has obligationes accipiat cui talem facultatem Praepositus Generalis non concesserit.

Facilius vero ii audiendi erunt qui illud tantum in genere petierint ut pro certis personis oretur.

**147** - *Conversi, qui manu atque opera inter nos Deo famulantur, ad rationem horarum canonicarum preces suas dicant: loco matutini dicant orationem dominicam et salutationem angelicam vices et quater; pro laudibus quinquies; pro vespers duodecies; pro reliquis singulis horis septies. Praeterea, ubi officium in choro persolvitur,*

*matutino et orationi illi coniunctae intersint, praecationi et ipsi modo suo incumbentes.*

**148** - *Conditiones vel onera Missarum aut divinorum officiorum perpetua legatis vel similibus dispositionibus adiecta, nisi valde gravi de causa a Capitulo Generali solum examinanda, non accipiantur. In iis etiam quae ad tempus sunt accipiendis habeatur ratio functionum et institutorum nostrorum, ut non impediantur, et item onerum iam susceptorum; neque accipiantur sine causa gravi a Praeposito Generali et Assistentibus approbanda.*

**149** - *Capellae, etiam ad tempus, cum obligatione extra ecclesias nostras celebrandi, ne accipiantur.*

*Obligationes sive conditiones officiorum et Missarum, quae non in perpetuum neque ad tempus, sed in dies deferuntur, parce admodum accipiantur.*

**150** - *In Missis hoc amplius spectetur ut, quantum fieri possit, Missa ab officio diei non discordet, secundum regulas Romanae Ecclesiae auctoritate traditas.*

**151** - *Omnino autem nullus Praepositus has obligationes accipiat cui talem facultatem Praepositus Generalis non concesserit.*

**152** - *Facilius vero ii audiendi erunt qui illud tantum in genere petierint ut pro certis personis oretur.*

[147] I conversi, che fra noi servono Dio con il lavoro manuale, diranno le loro preghiere in corrispondenza con le Ore canoniche. Al posto del Mattutino, diranno il *Padre nostro* e l'*Ave Maria* ventiquattro volte; per le Lodi, cinque volte; per i Vespri, dodici volte; per ciascuna delle altre ore, sette volte. Inoltre [dove si recita l'Ufficio in coro] saranno presenti al Mattutino e all'orazione mentale ad esso unita, attendendo alla preghiera secondo il loro costume.

[148] Non si accetteranno impegni e oneri perpetui di Messe o di uffici divini annessi a legati o a disposizioni simili, se non per motivi gravissimi, che solo il Capitolo generale dovrà esaminare. Anche nell'accettare obblighi temporanei si terrà conto delle nostre attività e dei nostri istituti, perché non vengano impediti, e così pure degli oneri già presi; e non si accetteranno se non per gravi motivi, che dovranno essere approvati dal Preposito generale e dagli Assistenti.

[149] Non si accetteranno cappellanie, anche temporanee, con l'obbligo di celebrare fuori delle nostre chiese.

Molto raramente si accetteranno gli obblighi o gli impegni di uffici e di Messe che vengono offerti non in perpetuo né temporaneamente, ma giorno per giorno.

[150] Nelle Messe inoltre si farà attenzione che, per quanto possibile, la Messa non discordi dall'ufficio del giorno, secondo le norme emanate dalla Chiesa Romana.

[151] I Prepositi non accetteranno mai tali obblighi, se non ne avranno avuta facoltà dal Preposito generale.

[152] Con più facilità invece si dovranno esaudire quanti chiederanno di pregare per determinate persone.

§ 26  
Preghiere dei  
conversi

§ 27  
Impegni perpetui e  
temporanei di  
Messe ed uffici

§ 28  
Cappellanie

§ 29  
Impegni saltuari

§ 30  
Concordanza tra  
Messa e ufficio

§ 31 Non accettare  
obblighi

§ 32  
Preghiere per il  
prossimo

Sepultura nemini **in posterum** in ecclesiis nostris concedatur sine **concessu** Praepositi Generalis; qui quidem, nisi piis gravibusque de causis, non concedet; **multo vero restrictius in iis ecclesiis ubi adhuc a nostris sepulturae locus datus non est:**

et cum aliquis apud nos sepelitur, officium circa cadaver ne fiat; neque obligatio officii dicendi, nisi sine Missa solemni, tumbis et similibus, accipiatur.

Haec officia potius curent nostri ad Parochos deferenda, prout in Domino expedire visum fuerit.

**153 - Sepultura nemini in ecclesiis nostris concedatur sine licentia Praepositi Generalis; qui quidem, nisi piis gravibusque de causis, non concedet;**

*et cum aliquis apud nos sepelitur, officium circa cadaver ne fiat; neque obligatio officii dicendi, nisi sine Missa solemni, tumbis et similibus, accipiatur.*

*Haec officia potius curent nostri ad Parochos deferenda, prout in Domino expedire visum fuerit.*

DE ORATIONE MENTALI.  
CAPUT VI.

**Ante matutinum officium, vel post illud, Superioris arbitrio,**

omnes in choro tacite menteque orent per dimidiae horae spatium; quod tamen Superior possit, cum illi ex causa videatur, ad alteram dimidiam protrahere; sed ante fratribus id denunciare debet.

**Post vespertinum** quoque per dimidiam horam eodem modo oretur: **quae quidem vespertina oratio, hyeme praesertim, differri possit, arbitrio Superioris, ut fiat ante refectionem pariter vespertinam: quo casu vesperarum hora anticipetur, ut longius intervallum intercedat, studiorum aliarumque spiritualium functionum commodo<sup>a</sup>.**

**154 - Mane, statuta hora,**

*omnes in choro tacite menteque orent per dimidiae horae spatium; quod tamen Superior possit, cum illi ex causa videatur, ad alteram dimidiam protrahere; sed ante fratribus id denunciare debet.*

*Vespere quoque per dimidiam horam eodem modo oretur.*

**155 - Si qui autem cum aliis convenire non possunt, non ideo ab oratione mentali tum mane tum vespere obeunda exempti sint.**

<sup>a</sup> **Declaratio.** «Si qui ad orationem mentalem cum aliis convenire non possunt, ab ea tum mane tum vespere privatim obeunda non ideo exempti declarantur.»

[153] Per l'avvenire [—] a nessuno si concederà sepoltura nelle nostre chiese, senza il permesso del Preposito generale; ed egli non lo concederà, se non per gravi motivi pastorali. Molto più limitatamente «lo concederà» in quelle chiese dove non è stata ancora mai concessa dai nostri confratelli la sepoltura [—]. Quando uno viene seppellito presso di noi, non si farà l'Ufficio intorno alla salma; e non si prenderà l'impegno di dire l'Ufficio, a meno che non lo si faccia senza Messa solenne, tumuli e cerimonie del genere.

I confratelli piuttosto provvederanno a trasmettere questi uffici ai parroci, nella misura in cui sembrerà conveniente *in Domino*.

§ 33  
Sepoltura nelle chiese

§ 34  
Ricorso ai parroci

**Capitolo 6**  
**L'ORAZIONE MENTALE**

[154] Prima dell'ufficio del mattino o dopo di esso, a discrezione del Superiore [Al mattino, all'ora stabilita], tutti, in coro, attendranno in silenzio all'orazione mentale per la durata di mezz'ora. Il Superiore tuttavia, quando per qualche motivo gli sembrerà opportuno, potrà protrarre la durata «dell'orazione» di un'altra mezz'ora, ma dovrà prima avvertire i confratelli.

Anche dopo «l'ufficio» della sera [alla sera] faranno orazione per mezz'ora. Questa orazione serale, specialmente d'inverno, potrà essere posticipata, a discrezione del Superiore, a prima della cena; in tal caso si anticiperanno i Vespri, in modo che trascorra un intervallo più lungo da dedicare allo studio e alle altre pratiche spirituali<sup>142</sup> [—].

[155 Chi non può essere presente con gli altri, non per questo è dispensato dall'attendere all'orazione mentale sia al mattino che alla sera.]

§ 1  
Orazione del mattino

§ 2  
Orazione della sera

[Obbligo dell'orazione mentale]

<sup>142</sup> **Dichiarazione:** «Si dichiara che, se alcuni non possono essere presenti con gli altri all'orazione mentale, non per questo sono dispensati dall'attendere a essa privatamente sia al mattino che alla sera» [IV ed. ⇒ n. 155].

**Antequam cubitum eatur eadem orationis functio per quartam horae partem praestetur ad conscientiae examen faciendum; post quam omnes, aqua benedicta de more aspersi, cum silentii lege, in nomine Domini, se quamprimum conferant ad quietem.**

Huius autem mentalis orationis fratres nostros valde studiosos esse vehementer optamus; tanti enim est ut sine ea regularis atque adeo spiritualis vita nullo modo consistere posse videatur.

*156 - Huius autem mentalis orationis fratres nostros valde studiosos esse vehementer optamus; tanti enim est ut sine ea regularis atque adeo spiritualis vita nullo modo consistere posse videatur.*

**157 - Antequam cubitum eatur eadem orationis functio per quartam horae partem praestetur ad conscientiae examen faciendum; post quam omnes, aqua benedicta de more aspersi, cum silentii lege, in nomine Domini, se quamprimum conferant ad quietem.**

**158 - Quotannis autem spirituales exercitationes ab omnibus praestentur<sup>b</sup>.**

DE IEIUNIO  
ET ALIIS CORPORIS AFFLICTIONIBUS.  
CAPUT VII.

CAPUT VII  
DE IEIUNIO  
ET ALIIS CORPORIS AFFLICTIONIBUS

Cum autem ad orationis exercitationem et omnino ad spiritualem vitam stabiliendam maxime curandum sit ut corporis impedimento salutare animi motus quam minimum retardentur, quod ea ratione maxime contingit, si quis cibi potusque abstinentia aliisque afflictionibus corpus suum maceret, fratres nostros ad eiusmodi virtutum studia incumbere valde optamus. Nos tamen in iis haec tantum constituimus, praeter ea quae ex ecclesiasticis sanctionibus praestare tenentur.

*159 - Cum autem ad orationis exercitationem et omnino ad spiritualem vitam stabiliendam maxime curandum sit ut corporis impedimento salutare animi motus quam minimum retardentur, quod ea ratione maxime contingit, si quis cibi potusque abstinentia aliisque afflictionibus corpus suum maceret, fratres nostros ad eiusmodi virtutum studia incumbere valde optamus. Nos tamen in iis haec tantum constituimus, praeter ea quae ex ecclesiasticis sanctionibus praestare tenentur.*

<sup>b</sup> Can. 595, § 1, n. 1.

Prima di andare a letto si compirà lo stesso esercizio di orazione per un quarto d'ora, per fare l'esame di coscienza. Dopo di esso tutti, aspersi secondo l'uso con l'acqua benedetta, quanto prima andranno a dormire nel nome del Signore, con l'obbligo di osservare il silenzio<sup>143</sup> [⇒ n. 157].

§ 3  
Esame di coscienza

[156] Desideriamo ardentemente che i nostri confratelli siano assidui all'orazione mentale: essa è infatti così importante, che senza di essa la vita religiosa e la stessa vita spirituale non possono in alcun modo sostenersi.

§ 4  
Importanza  
dell'orazione  
mentale

[157] Prima di andare a letto si compirà lo stesso esercizio di orazione per un quarto d'ora, per fare l'esame di coscienza. Dopo di esso tutti, aspersi secondo l'uso con l'acqua benedetta, quanto prima andranno a dormire nel nome del Signore, con l'obbligo di osservare il silenzio.<sup>144</sup>]

[Esame di  
coscienza]

[158] Ogni anno tutti faranno gli esercizi spirituali.<sup>145</sup>]

[Esercizi spirituali  
annuali]

## Capitolo 7 IL DIGIUNO E LE ALTRE PENITENZE CORPORALI

[159] Siccome, per consolidare la pratica dell'orazione e tutta la vita spirituale, bisogna fare in modo che le sante ispirazioni dell'anima siano il meno possibile compromesse dalle tentazioni dei sensi — cosa che accade specialmente quando si macera il proprio corpo con l'astinenza dai cibi e dalle bevande e con altre penitenze — desideriamo vivamente che i nostri confratelli attendano alla pratica di tali virtù. Noi stabiliamo in proposito solo quanto segue, oltre a ciò a cui sono tenuti per legge ecclesiastica.

§ 1  
Premessa

<sup>143</sup> ‡ Cf. *infra*, c. 14, § 2 [n. 198] [N.d.C.].  
<sup>144</sup> ‡ Cf. *supra*, § 3. Sinceramente, si fa fatica a cogliere il motivo dello spostamento di questo paragrafo [N.d.C.].  
<sup>145</sup> Can. 595, § 1, n. 1 [VI ed.].

Quadragesimale ieiunium in secunda feria post Quinquagesimam incipiant.

Adventus tempore, **secundum romanum ritum, quadragesimali abstinentia et ieiunio utantur.**

Sexta quaque feria **ieiunent, paschali tempore excepto et item Natali Domini, si incidat;**

in quam feriam si festum incidat ex praeepto celebrandum, ieiunium fiat die praecedenti eiusmodi festo non occupata. Quod si hebdomada aliam diem habeat in qua sit ieiunandum, ieiunium sextae feriae omittatur.

Quarta quaque feria carnibus abstineant, **excepto pariter Natali, si incidat;** non prohibendo tamen quin apud extraneos liceat edere quae apponuntur.

**Item ieiunent in vigilia Sancti titularis propriae ecclesiae; et in aliis vigiliis sequantur consuetudinem loci.**

De reliquo autem curent omnes, imitatione S. Pauli nostri, castigare corpus suum et in servitatem redigere<sup>a</sup>,

ut spiritui impedimento non sit, sed serviat; atque ita Deo exhibeamus corpora nostra hostiam viventem<sup>b</sup>.

Maxime autem ad passionis Domini nostri memoriam renovandam eos commendamus, qui, puta singula hebdomada, flagella disciplinae nomine sibi adhibuerint; quod tamen cum facere voluerint, a Superiore sibi concedi petant, et ut ille praescripserit ita facient; qui cuique pro eius conditione consulat.

**160 - Quadragesimale ieiunium in secunda feria post Quinquagesimam incipiant.**

**Praeterea ieiunent** Adventus tempore, **festis de praeepto exceptis,**

**et sexta quaque feria extra Paschale tempus.**

*In quam feriam si festum incidat ex praeepto celebrandum, ieiunium fiat die praecedenti eiusmodi festo non occupata. Quod si hebdomada aliam diem habeat in qua sit ieiunandum, ieiunium sextae feriae omittatur.*

**161 - Quarta quaque feria carnibus abstineant, exceptis pariter festis de praeepto, non prohibendo tamen quin apud extraneos liceat edere quae apponuntur.**

**162 - De reliquo autem curent omnes, imitatione S. Pauli nostri, castigare corpus suum et in servitatem redigere** (I Cor., IX, 27),

*ut spiritui impedimento non sit, sed serviat; atque ita Deo exhibeamus corpora nostra hostiam viventem* (Rom., XII, 1).

*Maxime autem ad passionis Domini nostri memoriam renovandam eos commendamus, qui, puta singula hebdomada, flagella disciplinae nomine sibi adhibuerint; quod tamen cum facere voluerint, a Superiore sibi concedi petant, et ut ille praescripserit ita facient; qui cuique pro eius conditione consulat.*

<sup>a</sup> I Cor. IX, 27 [*Sed castigo corpus meum et in servitatem redigo*].

<sup>b</sup> Rom. XII, 1 [*Obsecro itaque vos, fratres, per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum*].

[160] Cominceranno il digiuno quaresimale il lunedì dopo la <domenica di> Quinquagesima<sup>146</sup>. **Nel tempo di Avvento secondo il rito romano<sup>147</sup>, osserveranno l'astinenza e il digiuno quaresimale.** Digiuneranno ogni venerdì, fuorché nel tempo pasquale e il giorno di Natale, quando capita di venerdì [Inoltre digiuneranno nel tempo di Avvento, fuorché nelle feste di precetto, e ogni venerdì fuori del tempo pasquale]. Se il venerdì ricorre una festa di precetto, il digiuno sarà anticipato al primo giorno disponibile prima di tale festa. Ma se la settimana ha già un altro giorno di digiuno, si ometterà il digiuno del venerdì.

[161] Ogni mercoledì si asterranno dalle carni, eccetto **il giorno di Natale, se dovesse capitare di mercoledì** [le feste di precetto], ma presso gli estranei sarà permesso mangiare tutto ciò che viene servito.

**Digiuneranno ancora la vigilia del Santo titolare della propria chiesa e nelle altre vigilie seguiranno la consuetudine locale** [—].

[162] Per il resto, tutti si sforzeranno, a imitazione del nostro San Paolo, di trattare duramente il loro corpo e di ridurlo in schiavitù<sup>148</sup>, perché non sia di impedimento allo spirito, ma al suo servizio, e così offriamo i nostri corpi<sup>149</sup> come sacrificio vivente<sup>150</sup>. E in special modo segnaliamo quanti si flagelleranno, per esempio ogni settimana, facendo la cosiddetta “disciplina”, in memoria della passione del Signore. Quando però vorranno farla, ne chiederanno il permesso al Superiore, e la faranno secondo le sue indicazioni; e questi si regolerà tenendo conto della condizione di ciascuno.

<sup>146</sup> ‡ Nell'antico calendario liturgico la Quinquagesima (= “cinquantesimo <giorno>”) era la domenica immediatamente precedente all'inizio della Quaresima. Pertanto l'inizio del digiuno quaresimale viene qui anticipato di due giorni: anziché il mercoledì delle ceneri, esso viene iniziato il lunedì precedente [N.d.C.].

<sup>147</sup> ‡ Si tenga presente che nel rito ambrosiano, in vigore a Milano, l'Avvento dura sei settimane. Le Costituzioni tengono a precisare che i Barnabiti dovranno celebrare l'Avvento secondo il rito romano (cf. *supra*, c. 5, § 2 [n. 124]) [N.d.C.].

<sup>148</sup> 1 Cor 9:27.

<sup>149</sup> ‡ Nelle prime tre edizioni (1579; 1617; 1829) si leggeva: *exhibeant corpora sua* (“offrano i loro corpi”). Era sicuramente più corretto [N.d.C.].

<sup>150</sup> Rm 12:1.



Maxime vero Superiores ad talia fratres hortari poterunt cum publica Ecclesiae totius aut fortasse Congregationis aut populi pericula, calamitates aut quaecumque mala, postulare videbuntur; et quandoque etiam communiter aut privatim, cum consensu Discretorum, indicare.

**163** - *Maxime vero Superiores ad talia fratres hortari poterunt cum publica Ecclesiae totius aut fortasse Congregationis aut populi pericula, calamitates aut quaecumque mala, postulare videbuntur; et quandoque etiam communiter aut privatim, cum consensu Discretorum, indicare.*

DE ECCLESIIIS  
ET ECCLESIASTICA SUPPELLECTILI.  
CAPUT VIII.

Ecclesiae, cum divino cultui exercendo destinatae et domus Dei sint, non temere, sed certis regulis fabricandae videntur: ideo earum formae, adhibitis peritis et exercitatis architectis, prius stabiliantur; deinde a Praeposito Generali, cum consensu Assistentium, approbentur. In quo illud spectari debet ut rerum divinarum decori, disciplinae ecclesiasticae, et functionibus nostris commode obeundis aedificium sit accommodatum. Et servantur praeterea regulae et instructiones quae in hoc genere ad fabricae et suppellectilis ecclesiasticae usum probatae habentur.

In posterum autem ecclesiae nostrae S. Pauli Apostoli nomine consecrentur, nisi forte aliud velit Fundator; et sit tamen in eis saltem altare ei dicatum.

De picturis tamen, **ex decreto Concilii Tridentini**<sup>a</sup>,

hic exprimere visum est, ut summopere caveatur ne quid profanum, inane, lascivum, aut omnino a loci sanctitate alienum fiat: item, ut sanctarum imaginum vultus, vestes, ornamenta, et cetera huiusmodi Sanctorum ipsorum quos referunt modestiae et sanctitati respondeant; nihilque ab historiae veritate di-

CAPUT VIII  
DE ECCLESIIIS  
ET ECCLESIASTICA SUPPELLECTILI

**164** - *Ecclesiae, cum divino cultui exercendo destinatae et domus Dei sint, non temere, sed certis regulis fabricandae videntur; ideo earum formae, adhibitis peritis et exercitatis architectis, prius stabiliantur; deinde a Praeposito Generali, cum consensu Assistentium, approbentur. In quo illud spectari debet ut rerum divinarum decori, disciplinae ecclesiasticae, et functionibus nostris commode obeundis aedificium sit accommodatum. Et servantur praeterea regulae et instructiones quae in hoc genere ad fabricae et suppellectilis ecclesiasticae usum probatae habentur.*

**165** - *In posterum autem ecclesiae nostrae S. Pauli Apostoli nomine consecrentur, nisi forte aliud velit Fundator; et sit tamen in eis saltem altare ei dicatum.*

**166** - *De picturis tamen*

*hic exprimere visum est, ut summopere caveatur ne quid profanum, inane, lascivum, aut omnino a loci sanctitate alienum fiat; item, ut sanctarum imaginum vultus, vestes, ornamenta, et cetera huiusmodi Sanctorum ipsorum quos referunt modestiae et sanctitati respondeant; nihilque ab historiae veritate discordet. Item*

<sup>a</sup> Sess. 25, c. de invocat.

[163] In particolare i Superiori potranno esortare i fratelli a tali «penitenze» quando lo dovessero richiedere pubblici pericoli, calamità o altri mali della Chiesa intera o anche della Congregazione o del popolo; e talvolta potranno anche ordinarle alla comunità o ai singoli col consenso dei Discreti.

§ 6  
Occasioni  
particolari

**Capitolo 8**  
**LE CHIESE E IL LORO ARREDAMENTO**

[164] Le chiese, essendo destinate all'esercizio del culto divino ed essendo la casa di Dio, non vanno fabbricate a caso, ma secondo determinate regole. Pertanto, si farà prima un progetto con la consulenza di architetti competenti ed esperti, e poi lo si farà approvare dal Preposito generale, col consenso degli Assistenti. E in ciò si dovrà accertare che l'edificio sia conforme al decoro del culto divino, alla disciplina ecclesiastica e alla comoda esecuzione dei nostri riti liturgici. Si osserveranno inoltre le norme e le disposizioni che sono in vigore in questo campo per l'uso dell'edificio e dell'arredamento ecclesiastico.

§ 1  
Le chiese

[165] D'ora in poi le nostre chiese saranno dedicate a San Paolo, a meno che il fondatore non voglia altrimenti; in ogni caso, ci sarà in esse almeno un altare dedicato all'Apostolo.

[166] Per quanto riguarda le pitture, a norma dei decreti del Concilio di Trento<sup>151</sup> [—], non si farà nulla di profano, futile, osceno o in genere contrario alla santità del luogo; i volti, le vesti, gli ornamenti e altri simili particolari delle immagini sacre risponderanno alla modestia e alla santità dei Santi a cui si riferiscono, e

§ 2  
Le immagini sacre e  
gli altari

<sup>151</sup> Sessione 25, *De invocatione, veneratione et reliquiis Sanctorum, et de sacris imaginibus* [IV ed.].

scordet. Item de altaribus, ut non extruantur nisi quot necessaria sint; in quibus vel muniendis vel **ornandis** serventur deinde regulae et instructiones **quas diximus**.

Curetur omnino illud observandum quod acceptum a maioribus adhuc quidem retinemus, ut aedes ipsa et eius partes omnes, parietes, pavimento, nedum altaria et alia quae sunt maioris momenti, item secretarium sive sacristia et omnis suppellex divino cultui dicata, munda, pura, integra, incorrupta omni studio conservetur; dentque operam qui rebus eiusmodi praefecti sunt ut in suo ministerio nihil umquam appareat incuriae vel negligentiae, maxime secundum ministerii sui regulas, quae **describentur**.

DE ORDINANDIS.  
CAPUT IX.

Ut omnia quae ad divinum cultum pertinent recte sancteque peragantur, summa cautio adhibenda erit in admitendis ad sacras Ordinationes fratribus.

Itaque ad Praepositum Generalem pertineat Ordinum quorumcumque suscipiendorum potestatem dare; quam facultatem etiam Provincialibus, **cum fuerint**, mandare poterit.

Habeat tamen prius a Capitulo locali bonum de vita et moribus ordinandi testimonium; non enim cuiquam, nisi spectata religione, devotione et mortificatione, tantae rei facultas danda erit. Tres autem ante menses unusquisque moneatur, quam ei Ordines suscipiendi sint.

De litteris quoque et scientia periculum fiat, antequam ad examen quis mittatur, per viros idoneos a Praeposito Generali ad eam rem eligendos;

*de altaribus, ut non extruantur nisi quot necessaria sint; in quibus vel muniendis vel **ordinandis** serventur deinde **liturgicae** regulae et instructiones.*

**167** - *Curetur omnino illud observandum quod acceptum a maioribus adhuc quidem retinemus, ut aedes ipsa et eius partes omnes, parietes, pavimento, nedum altaria et alia quae sunt maioris momenti, item secretarium sive sacristia et omnis suppellex divino cultui dicata, munda, pura, integra, incorrupta omni studio conservetur; dentque operam qui rebus eiusmodi praefecti sunt ut in suo ministerio nihil umquam appareat incuriae vel negligentiae, maxime secundum ministerii sui regulas, quae **descriptae sunt**.*

CAPUT IX  
DE ORDINANDIS

**168** - *Ut omnia quae ad divinum cultum pertinent recte sancteque peragantur, summa cautio adhibenda erit in admitendis ad sacras Ordinationes fratribus.*

**169** - *Itaque ad Praepositum Generalem pertineat Ordinum quorumcumque suscipiendorum potestatem dare; quam facultatem etiam Provincialibus mandare poterit.*

*Habeat tamen prius a Capitulo locali bonum de vita et moribus ordinandi testimonium; non enim cuiquam, nisi spectata religione, devotione et mortificatione, tantae rei facultas danda erit.*

*Tres autem ante menses unusquisque moneatur, quam ei Ordines suscipiendi sint.*

*De litteris quoque et scientia periculum fiat, antequam ad examen quis mittatur, per viros idoneos a Praeposito Generali ad eam rem eligendos;*

nulla discorderà dalla verità storica. Per quanto riguarda gli altari, non ne verranno costruiti se non quanti ne sono necessari; nella loro costruzione e nel loro ornamento [nella loro disposizione] si osserveranno d'ora in poi le norme e le disposizioni suddette [liturgiche].

[167] In generale, si avrà cura di osservare la consegna che abbiamo ricevuto dai nostri maggiori e che finora abbiamo «sempre» rispettato: che lo stesso edificio e tutte le sue parti, le pareti, il pavimento, nonché gli altari e le altre cose che sono di maggiore importanza, come pure la sagrestia e ogni arredo destinato al culto divino, siano con ogni cura tenuti puliti, mondi, integri, intatti. Quanti sono stati incaricati di tale settore si adoperino perché nel loro ufficio non appaia mai alcuna incuria o negligenza, seguendo soprattutto le regole del loro ufficio, che saranno redatte [sono state redatte]<sup>152</sup>.

§ 3  
Cura e pulizia

Capitolo 9  
LE ORDINAZIONI

[168] Perché tutto ciò che riguarda il culto divino sia compiuto correttamente e scrupolosamente, si dovrà usare somma cautela nell'ammettere i confratelli agli Ordini sacri.

§ 1  
Cautela nelle  
ammissioni

[169] Spetterà perciò al Preposito generale dare l'autorizzazione a ricevere qualsiasi Ordine; potrà delegare tale facoltà anche ai Provinciali, quando ci saranno [—].

§ 2  
Ammissione

Prima però riceverà dal Capitolo locale un attestato positivo sulla condotta di vita dell'ordinando: la facoltà di essere ordinati infatti non dovrà essere data ad alcuno, che non sia di provato spirito religioso, pietà e mortificazione.

Ciascuno sarà avvisato con tre mesi di anticipo, prima di ricevere gli Ordini.

Prima di mandare uno all'esame<sup>153</sup>, lo si sottoporrà anche a una verifica sulla sua preparazione culturale e teologica, per mezzo di persone idonee, scelte appositamente dal Preposito generale.

§ 3  
Verifica interna  
prima dell'esame –  
Osservanza delle  
norme canoniche

<sup>152</sup> ‡ *Regole della monditia, et cura che si dee havere nelle cose appartenenti al culto divino*, s.n.t.; *Regulae officiorum*, "De officio Praefecti caeremoniarum, chori et sacrarii", ed. 1863, pp. 96-105; ed. 1950, pp. 80-88; *Regole dei fratelli*, "Del sagrestano", ed. 1881, pp. 38-43; ed. 1945, pp. 73-81 [N.d.C.].

<sup>153</sup> ‡ Ci si riferisce all'esame da parte del Vescovo, previsto dai canoni del Concilio di Trento [N.d.C.].

qui in eo Tridentini Concilii canones sequentur<sup>a</sup> et praeterea formulam eis praescribendam. Qua in re etiam interstitia sacris canonibus praescripta servantur<sup>b</sup>, nisi aliter expedire forte visum fuerit.

**Intra triennium a professione ne quis ad Ordines sacros admittatur, nisi alicuius aetas aut virtus aliud postulare Praeposito Generali videatur<sup>d</sup>.**

Qui ut Conversi recepti sunt ad Ordines ne postea umquam admittantur, sicuti neque ad habitum clericalem.

*ea demum observentur quae de formatione clericali et religiosa deque scrutinio pro ordinandis ab Apostolica Sede decreta sunt<sup>c</sup>.*

**170 - Qui ut Conversi recepti sunt, ad Ordines ne postea umquam admittantur, sicuti neque ad habitum clericalem.**

DE COLLATIONIBUS  
ET QUIBUSDAM CAPITULIS.  
CAPUT X.

CAPUT X  
DE COLLATIONIBUS  
ET QUIBUSDAM CAPITULIS

Prosequamur nunc nonnulla alia quae ad disciplinam regularem conservandam valde pertinere usu compertum est.

Retineat igitur unusquisque Praepositus in Collegio suo illud collationum institutum quod a veteribus Patribus cum vocabulo acceptum Maiores nostri sancte observarunt, ut fratribus omnibus uno in loco congregatis, ipse aliquid ad spirituales progressum faciendum proponat, veluti de virtutibus comparandis, de vitiis evellendis, de iis quae detrimentum, de iis quae adiumentum regulari disciplinae importent, de orationis sanctaeque meditationis ratione, de notis verae obedientiae, castitatis et paupertatis, de mortificationis gradibus

**171 - Prosequamur nunc nonnulla alia quae ad disciplinam regularem conservandam valde pertinere usu compertum est.**

*Retineat igitur unusquisque Praepositus in Collegio suo illud collationum institutum quod a veteribus Patribus cum vocabulo acceptum Maiores nostri sancte observarunt, ut fratribus omnibus uno in loco congregatis, ipse aliquid ad spirituales progressum faciendum proponat, veluti de virtutibus comparandis, de vitiis evellendis, de iis quae detrimentum, de iis quae adiumentum regulari disciplinae importent, de orationis sanctaeque meditationis ratione, de notis verae obedientiae, castitatis et paupertatis, de mortificationis gradibus veraque sui ipsius abne-*

<sup>a</sup> Sess. 23, de reform. c. 4, 11 seq.

<sup>b</sup> Ib. c. 13, 14.

<sup>c</sup> Can. 964, § 2; 965; 966; 996; 997.

<sup>d</sup> Ante professionem solemnem nemo ad Ordines sacros admittitur, absque speciali S. Sedis concessu, licet a triennio et amplius vota simplicia professus sit (Cf. *Commentarium*, § 97).

Questi osserveranno i canoni del Concilio di Trento<sup>154</sup> e inoltre le norme che saranno loro prescritte. Nell'ammissione agli Ordini si rispetteranno anche gli interstizi prescritti dai sacri canoni<sup>155</sup>, a meno che non si ritenga opportuno fare altrimenti [Si osserverà infine quanto stabilito dalla Sede Apostolica riguardo alla formazione sacerdotale e religiosa e allo scrutinio degli ordinandi<sup>156</sup>].

Non si ammetterà nessuno agli Ordini sacri, prima che siano trascorsi tre anni dalla professione, a meno che il Preposito generale non ritenga che l'età e la virtù del candidato richiedano altrimenti<sup>157</sup> [—].

[170] Coloro che sono stati accettati come conversi, non saranno in seguito mai ammessi agli Ordini, come neppure all'abito dei chierici.

**Capitolo 10**  
LE COLLAZIONI E I CAPITOLI

[171] Trattiamo ora alcune altre questioni che per esperienza sappiamo essere molto utili al mantenimento della disciplina regolare.

Ogni Preposito mantenga nel suo Collegio l'istituto delle collazioni, che i nostri maggiori ricevettero con «tale» nome dagli antichi Padri e conservarono scrupolosamente: ai confratelli riuniti in uno stesso luogo egli proporrà un tema utile alla crescita spirituale, come per esempio l'acquisto delle virtù, lo sradicamento dei vizi, i fattori che arrecano danno e quelli che giovano alla disciplina regolare, i tempi e i modi dell'orazione e della meditazione, le caratteristiche della vera obbedienza, castità e povertà, i gradi della mortificazione e il vero rinnegamento di sé, la sollecitudine per

<sup>154</sup> Sessione 23, *De reformatione*, can. 4; 11 ss [IV ed.].

<sup>155</sup> *Ibid.*, can. 13 e 14 [IV ed.].

<sup>156</sup> Can. 964, § 2; 965; 966; 996; 997 [VI ed.].

<sup>157</sup> Nessuno è ammesso ai sacri Ordini prima della professione solenne senza la speciale dispensa della Santa Sede, anche se sia professore di voti semplici da tre o più anni (cf. *Commentarium*, § 97) [IV ed.].

§ 4  
Triennio fra la professione e gli Ordini

§ 5  
Esclusione dei conversi dagli Ordini

§ 1  
Premessa

§ 2  
Collazioni

veraque sui ipsius abnegatione, de curanda salute proximorum. Interrogati vero, non tamquam scholastice disputantes, sed ad vitam et usum quotidianum accommodate respondeant.

Poterunt et eae collationes ita haberi ut Praepositus orationum meditationumque quasi rationem a singulis exigat: certe, ut meditationum materiam certis diebus, praesertim solemnibus, proponere, ita earum rationem poscere debet, nunc quidem una ab universis in collatione habenda, nunc vero a quibusdam separatim (et quandoque etiam per alium, prout expedire iudicaverit), ut etiam qui tardioris fortasse ingenii sunt, rectius in via Domini instruantur.

Usitata quoque congregatio habetur

quam dicimus capitulum culparum, in qua omnes, ut diximus, congregati, quae in officiorum functione vel alias adversus domesticae disciplinae regulas commiserint, singillatim fateantur.

**Haec duo genera congregationis ita distribuantur ut singula hebdomada unum ex eis habeatur; ordinariumque uniuscuiusque spatium sit horae.**

Aliud quoque genus, pariter ex nostris veteribus institutis, aliquando loco eorum **habebitur**, quod quidem, quoniam ad sui ipsius cognitionem magno cuique adiumento esse potest et mortificationi exercendae valde est accommodatum, cupimus a fratribus nostris spiritualis progressus desiderio appeti; estque eiusmodi, ut aliquo (praesertim si is humiliter postularit) in medio constituto, ceteri quos Praepositus voluerit eius vitia percenseant, emendationisque rationem demonstrent; quod tamen ita praestetur ut ea solum dicantur quae ex-

gatione, de curanda salute proximorum. Interrogati vero, non tamquam scholastice disputantes, sed ad vitam et usum quotidianum accommodate respondeant.

*Poterunt et eae collationes ita haberi ut Praepositus orationum meditationumque quasi rationem a singulis exigat: certe, ut meditationum materiam certis diebus, praesertim solemnibus, proponere, ita earum rationem poscere debet, nunc quidem una ab universis in collatione habenda, nunc vero a quibusdam separatim (et quandoque etiam per alium, prout expedire iudicaverit), ut etiam qui tardioris fortasse ingenii sunt, rectius in via Domini instruantur.*

**172 - Habeatur etiam saltem quater in anno, singulis scilicet trimestribus, usitata congregatio**

*quam dicimus capitulum culparum, in qua omnes, ut diximus, congregati, quae in officiorum functione vel alias adversus domesticae disciplinae regulas commiserint, singillatim fateantur.*

**173 - Aliud quoque genus, pariter ex nostris veteribus institutis, aliquando loco eorum **haberi poterit**, quod quidem, quoniam ad sui ipsius cognitionem magno cuique adiumento esse potest et mortificationi exercendae valde est accommodatum, cupimus a fratribus nostris spiritualis progressus desiderio appeti; estque eiusmodi, ut aliquo (praesertim si is humiliter postularit) in medio constituto, ceteri quos Praepositus voluerit eius vitia percenseant, emendationisque rationem demonstrent; quod tamen ita praestetur ut ea solum dicantur quae extrinsecus in**

la salvezza del prossimo. Gli interpellati non risponderanno come si farebbe in una disputa scolastica, ma in modo consono alla vita e alle esigenze di ogni giorno.

Queste collazioni si potranno svolgere anche in altro modo: il Preposito chiederà a ciascuno una specie di resoconto sul suo modo di pregare. In determinati giorni, specialmente nelle solennità, proporrà l'argomento delle meditazioni e poi ne chiederà conto, ora tenendo una collazione con tutti, ora solo con alcuni (e talvolta anche servendosi di un altro, nella misura in cui riterrà più opportuno), in modo tale che anche quelli che eventualmente fossero meno aperti di mente, vengano ammaestrati nel miglior modo possibile nella via del Signore.

[172] Si terrà pure [almeno quattro volte all'anno, e cioè ogni tre mesi,] la tradizionale riunione detta "capitolo delle colpe", nella quale tutti, dopo essersi radunati come abbiamo detto<sup>158</sup>, riconoscono singolarmente le colpe commesse nell'esecuzione degli uffici o contro le altre regole della disciplina della casa.

Questi due generi di raduni<sup>159</sup> saranno distribuiti in maniera tale che se ne tenga uno a settimana. La durata di ciascuno sia normalmente di un'ora [⇒ n. 175].

[173] Talvolta si terrà [potrà tenersi] al loro posto un altro genere <di capitolo>, anch'esso tra i nostri antichi istituti; e siccome questo può essere di grande aiuto a ciascuno per conoscere sé stesso e molto adatto alla pratica della mortificazione, desideriamo che i nostri confratelli vi si dispongano col desiderio di crescere spiritualmente. Si svolge nel modo seguente: si pone uno nel mezzo (specialmente se lui lo avrà chiesto umilmente) e gli altri, scelti dal Preposito, elencano i suoi difetti e gli indicano la manie-

<sup>158</sup> ‡ Cf. *supra*, § 2 [n. 171] [N.d.C.].

<sup>159</sup> ‡ Vale a dire, la collazione e il capitolo delle colpe [N.d.C.].



trinsecus in consuetudine quotidiana omnibus apparent, aut certe levia sunt; idque ea modestia et sinceritate ut a sola charitate proficisci nemo dubitare possit. Repraehensus autem inducat animum aliis potius credere quam sibi, cum perfacile eveniat ut omnes in iudicio de nobis ipsis habendo fallamur.

Atque eiusmodi capitula materiam dabunt ut de errorum causis et remediis, prout Praeposito visum fuerit, disseratur: locum etiam dabunt Praepositi monitionibus ad animarum quae ei concredita sunt salutem faciendis.

Praeterea quater in anno omnes professi (nisi forte aliquando expedire videatur ut adsint soli vocales) eodem modo convenient ut unusquisque qua in re disciplina relaxetur, Constitutionesque, ordinationes et regulae non servantur in memoriam redigat; quo in conventu illud simul agatur qua ratione commemoratae corruptelae tolli debeant. Commodum vero erit uno tempore hoc agi et ipsas Constitutiones, ut supra, legi.

*consuetudine quotidiana omnibus apparent, aut certe levia sunt; idque ea modestia et sinceritate ut a sola charitate proficisci nemo dubitare possit. Repraehensus autem inducat animum aliis potius credere quam sibi, cum perfacile eveniat ut omnes in iudicio de nobis ipsis habendo fallamur.*

*Atque eiusmodi capitula materiam dabunt ut de errorum causis et remediis prout Praeposito visum fuerit, disseratur; locum etiam dabunt Praepositi monitionibus ad animarum quae ei concredita sunt salutem faciendis.*

**174 - Praeterea quater in anno omnes professi (nisi forte aliquando expedire videatur ut adsint soli vocales) eodem modo convenient ut unusquisque qua in re disciplina relaxetur, Constitutionesque, ordinationes et regulae non servantur in memoriam redigat; quo in conventu illud simul agatur qua ratione commemoratae corruptelae tolli debeant. Commodum vero erit uno tempore hoc agi et ipsas Constitutiones, ut supra, legi.**

**175 - Haec Congregationum genera ita distribuantur ut alternis hebdomadis unum ex eis habeatur.**

ra di emendarsi. Si dirà però solo ciò che appare a tutti all'esterno nella vita di tutti i giorni o che almeno sia lieve; e lo si farà con una moderazione e sincerità tali che nessuno possa dubitare che procede dalla sola carità. Colui che viene ripreso poi si convincerà a credere agli altri piuttosto che a sé, dal momento che facilmente tutti ci sbagliamo nel giudicare noi stessi.

Simili capitoli forniranno elementi per discorrere sulle cause e i rimedi dei comportamenti errati, nella misura in cui sembrerà opportuno al Preposito; daranno inoltre occasione al Preposito di fare delle ammonizioni per la salvezza delle anime che gli sono state affidate.

[174] Inoltre quattro volte all'anno tutti i professi (a meno che talvolta non sembri opportuno che ci siano solo i vocali<sup>160</sup>) si riuniranno allo stesso modo e ciascuno rammenterà in che cosa si rilassi la disciplina e non si osservino le Costituzioni, le delibere capitolarie e i regolamenti. In tale raduno si discuterà anche su come si debbano rimuovere le menzionate degenerazioni. Sarà utile fare ciò e allo stesso tempo leggere, come detto<sup>161</sup>, le Costituzioni.

[175] Questi «diversi» tipi di raduni saranno distribuiti in maniera tale che se ne tenga uno ogni due settimane.<sup>162</sup> [Periodicità]

<sup>160</sup> ‡ Sul concetto di “vocale”, in contrasto con quello di semplice “professo”, cf. *infra*, l. IV, c. 1, § 3 [n. 256] [N.d.C.].

<sup>161</sup> ‡ Cf. *supra*, l. I, c. 1, § 14 [n. 9] [N.d.C.].

<sup>162</sup> ‡ Cf. *supra*, § 5 [N.d.C.].

DE CORRECTIONE FRATERNA.  
CAPUT XI.

Cum in omnibus oportet illud Domini praeceptum memoria tenere et omni studio amplecti ut invicem diligamus sicut ipse dilexit nos (in hoc enim cognoscent omnes quia Christi discipuli sumus, si dilectionem habuerimus ad invicem<sup>a</sup>), tum in eo nullo modo praetermittere ut quibuscumque rebus possimus salutem fratrum nostrorum consulere et eorum spiritualem progressum adiuvere studeamus: quod quidem in officio fraternae **correctionis**, a Domino specialiter praeceptae, sancte praestatur.

Itaque fratres nostri tum illud generaliter curent quacumque ratione se ab errore vicissim avocare (*qui enim converti fecerit peccatorem ab errore viae suae, salvabit animam eius a morte, et operiet multitudinem peccatorum<sup>b</sup>*); tum officio fraternae **correctionis**, ubi opus est, pie sancteque secundum sacrorum Doctorum regulas utantur; ut scilicet quem peccare cognoverint, loco et tempore opportuno modoque ad emendationis fructum accommodato, secreto moneant. Si perseveret, alterum aut tertium adhibentes iterum moneant, eisque ostendant, ut vel eorum monitione moveatur, vel certe eorum testimonio, si negaverit, convincatur. Quod si adhuc perstet, ad Superiorem deferant, ut secundum disciplinae regulas coerceatur. In secunda autem monitione seniores vel auctoritate graves adhibeantur, ut id plus ponderis habeat ad fratris emendationem.

CAPUT XI  
DE CORRECTIONE FRATERNA

**176** - *Cum in omnibus oportet illud Domini praeceptum memoria tenere et omni studio amplecti ut invicem diligamus sicut ipse dilexit nos — in hoc enim cognoscent omnes quia Christi discipuli sumus, si dilectionem habuerimus ad invicem —* (Ioh., XIII, 34, 35; Eph., V, 2), *tum in eo nullo modo praetermittere ut quibuscumque rebus possimus salutem fratrum nostrorum consulere et eorum spiritualem progressum adiuvere studeamus: quod quidem in officio fraternae **correctionis**, a Domino specialiter praeceptae, sancte praestatur.*

**177** - *Itaque fratres nostri tum illud generaliter curent quacumque ratione se ab errore vicissim avocare — qui enim converti fecerit peccatorem ab errore viae suae, salvabit animam eius a morte, et operiet multitudinem peccatorum —* (Iac., V, 20); *tum officio fraternae **correctionis**, ubi opus est, pie sancteque secundum sacrorum Doctorum regulas utantur; ut scilicet quem peccare cognoverint, loco et tempore opportuno modoque ad emendationis fructum accommodato, secreto moneant. Si perseveret, alterum aut tertium adhibentes iterum moneant, eisque ostendant, ut vel eorum monitione moveatur, vel certe eorum testimonio, si negaverit, convincatur. Quod si adhuc perstet, ad Superiorem deferant, ut secundum disciplinae regulas coerceatur. In secunda autem monitione seniores vel auctoritate graves adhibeantur, ut id plus ponderis habeat ad fratris emendationem.*

<sup>a</sup> Ioh. XIII, 34, 35 [Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem; sicut dilexi vos, ut et vos diligatis invicem. In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis: si dilectionem habueritis ad invicem]. Ephes. V, 2 [Et ambulate in dilectione, sicut et Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis, oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis].

<sup>b</sup> Iac. V, 20.

Capitolo 11  
LA CORREZIONE FRATERNA

[176] Se è vero che dobbiamo sempre tenere a mente e abbracciare con ardore il comando del Signore di amarci gli uni gli altri, come lui ci ha amati (da questo infatti tutti sapranno che siamo discepoli di Cristo, se avremo amore gli uni per gli altri<sup>163</sup>), a maggior ragione non dobbiamo assolutamente tralasciare di provvedere in ogni cosa alla salvezza dei nostri fratelli e di aiutare la loro crescita spirituale. Ciò si realizza in maniera perfetta nella pratica della correzione<sup>164</sup> fraterna, particolarmente raccomandata dal Signore.

[177] Pertanto i nostri confratelli avranno cura in generale di richiamarsi a vicenda in qualunque modo dall'errore (infatti *chi riconduce un peccatore dalla sua via di errore lo salverà dalla morte e coprirà una moltitudine di peccati<sup>165</sup>*); inoltre, quando risulti necessario, faranno scrupoloso uso della pratica della correzione fraterna, secondo le regole dei Santi Dottori, e cioè: quando vengono a sapere che uno ha peccato, lo ammoniranno in segreto, a luogo e tempo opportuno e nella maniera adatta perché la correzione sia fruttuosa. Se persiste, con l'aiuto di uno o due altri, lo ammoniranno di nuovo alla loro presenza che o si lascia smuovere dalla loro ammonizione o, se si rifiuta, sarà in ogni caso riconosciuto colpevole dalla loro testimonianza. E se quello si ostina ulteriormente, lo denunceranno al Superiore, perché sia punito secondo le norme disciplinari. Nella seconda ammonizione ci si avvarrà degli anziani o di religiosi autorevoli, in modo da dare più peso alla correzione del confratello.

<sup>163</sup> Gv 13:34-35; cf. Ef 5:2.

<sup>164</sup> ‡ Si noti che qui e nel paragrafo successivo le prime quattro edizioni delle Costituzioni usano il termine *correptio* (da *corripere* = "rimproverare"), sostituito nelle ultime due edizioni con *correctio* (da *corrigerere* = "correggere") [N.d.C.].

<sup>165</sup> Gc 5:20.

Si tamen aliqua peccata viderint magno detrimento Collegio aut multis futura nisi denuntientur, neque monitionis fraternae tempus sit aut locus, vel, si sit, spes tamen futurae emendationis non ostendatur, praetermissa monitione, ad Superiorem referant, modo certo sciant.

Neque solum in gravioribus et ubi praecepto tenentur hac ratione fratres inter sese adiuvent, sed in levioribus quoque sibi invicem consulere studeant, sive monentes sive nota aliqua significatione erratum indicantes; nam neque parva negligenda sunt, ne, quod facile fit, ex eis in maiora incidamus<sup>c</sup>.

In quo quidem officio ea moderatio servetur, praesertim ab iis quibus aetas vel recens conversio minorem conciliat auctoritatem, ut sine arrogantia aut stomacho id fiat: mansuetos enim esse ad omnes nos oportet, docibiles, patientes et cum modestia corripientes eos qui resistunt veritati<sup>d</sup>, spirituque lenitatis uti, considerantes nos ipsos ne et nos tentemur<sup>e</sup>.

**178** - *Si tamen aliqua peccata viderint magno detrimento Collegio aut multis futura nisi denuntientur, neque monitionis fraternae tempus sit aut locus, vel, si sit, spes tamen futurae emendationis non ostendatur, praetermissa monitione, ad Superiorem referant; modo certo sciant.*

**179** - *Neque solum in gravioribus et ubi praecepto tenentur hac ratione fratres inter sese adiuvent, sed in levioribus quoque sibi invicem consulere studeant, sive monentes sive nota aliqua significatione erratum indicantes; nam neque parva negligenda sunt, ne, quod facile fit, ex eis in maiora incidamus (Eccli., XIX, 1).*

**180** - *In quo quidem officio ea moderatio servetur, praesertim ab iis quibus aetas vel recens conversio minorem conciliat auctoritatem, ut sine arrogantia aut stomacho id fiat: mansuetos enim esse ad omnes nos oportet, docibiles, patientes et cum modestia corripientes eos qui resistunt veritati (II Tim., II, 24 seq.), spirituque lenitatis uti, considerantes nos ipsos ne et nos tentemur (Gal., VI, 1).*

<sup>c</sup> Eccli. XIX, 1 [*Qui spernit modica paulatim decidet*].

<sup>d</sup> II Tim. II, 24 seq. [*Servum autem Domini non oportet litigare: sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos qui resistunt veritati*].

<sup>e</sup> Gal. VI, 1 [*In spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne et tu tenteris*].

[178] Se però dovessero rendersi conto che alcune trasgressioni potrebbero essere di grave danno al Collegio o a molte persone, qualora non venissero denunciate, e se non ci fosse tempo e occasione per l'ammonizione fraterna o se, pur essendoci, mancasse qualsiasi speranza di correzione, tralasciata l'ammonizione, ne riferiranno al Superiore, purché ne siano sicuri.

§ 3  
Procedura  
d'urgenza

[179] I confratelli si aiuteranno tra loro in questo modo non solo nelle situazioni più gravi e quando sono obbligati dal precetto, ma anche in quelle più lievi cercheranno di aver cura gli uni degli altri, o con l'ammonizione o indicando l'errore in qualche modo convenuto. Infatti non bisogna trascurare neppure le piccole cose, affinché, come spesso accade, da quelle non cadiamo nelle più grandi<sup>166</sup>.

§ 4  
Correzione nelle  
piccole cose

[180] In questa pratica si osserverà grande moderazione, specialmente da parte di quanti hanno meno autorità o per l'età o per la recente conversione<sup>167</sup>, di modo che la correzione avvenga senza arroganza e senza animosità. Infatti dobbiamo essere miti con tutti, docili, pazienti, misurati nel riprendere quanti resistono alla verità<sup>168</sup>, e animati da spirito di dolcezza, vigilando su noi stessi per non essere tentati anche noi<sup>169</sup>.

§ 5  
Moderazione

<sup>166</sup> Sir 19:1.

<sup>167</sup> ‡ Ci si riferisce all'ingresso in Congregazione [N.d.C.].

<sup>168</sup> 2 Tm 2:24-25. ‡ La NV sostituisce *docibilem* con *aptum ad docendum, modestia* con *mansuetudine*, e omette *veritati* [N.d.C.].

<sup>169</sup> Gal 6:1.

DE CORRECTIONE  
QUAE SUPERIORUM EST.  
CAPUT XII.

Superiorum partes erunt (ut primum, sive ex **delatione** alicuius, sive alia via, cognoverint) peccata nullo modo negligere; sed, pro qualitate eorum, periculo impendente, et conditione personae, quid agi opus sit statuere; aliquando enim erratum dissimulandum est vel ad tempus tolerandum, aliquando puniendum, et quandoque tantum reprehendendum: aliqui etiam leniter reprehendendi, aliqui vero vehementius increpandi, sed et aliqui etiam statim convenienti poena sunt coercendi; aliter enim faciles dictoque audientes habendi sunt, aliter contumaces et superbi, qui enim erudit derisorem, ipse iniuriam sibi facit<sup>a</sup>.

Spectandum item num quid occultum sit, aut manifestum; et quod exemplum ex alicuius facto proficisci possit, ut etiam aedificatio ceterorum curetur; propterea dixit Apostolus: *Peccantes coram omnibus argue, ut et ceteri timorem habeant*<sup>b</sup>.

Illud tamen regulare et ordinarium videtur ut prius peccans secreto moneatur aut increpetur; iterum autem coram senioribus vel Discretis, et, si adhuc perseveret, coram omnibus obiurgetur; postea vero convenienti animadversione coerceatur: ut primo amoris significationem experiatur, deinde erubescat, postremo severitatem sentiat, eamque tanto maiorem quanto contumacia magis creverit.

CAPUT XII  
DE CORRECTIONE  
QUAE SUPERIORUM EST

**181** - *Superiorum partes erunt (ut primum sive ex **relatione** alicuius, sive alia via, cognoverint) peccata nullo modo negligere; sed, pro qualitate eorum, periculo impendente, et conditione personae, quid agi opus sit statuere; aliquando enim erratum dissimulandum est vel ad tempus tolerandum, aliquando puniendum, et quandoque tantum reprehendendum: aliqui etiam leniter reprehendendi, aliqui vero vehementius increpandi, sed et aliqui etiam statim convenienti poena sunt coercendi; aliter enim faciles dictoque audientes habendi sunt, aliter contumaces et superbi: qui enim erudit derisorem, ipse iniuriam sibi facit* (Prov., IX, 7).

*Spectandum item num quid occultum sit aut manifestum; et quod exemplum ex alicuius facto proficisci possit, ut etiam aedificatio ceterorum curetur; propterea dixit Apostolus: Peccantes coram omnibus argue, ut et ceteri timorem habeant* (I Tim., V, 20).

**182** - *Illud tamen regulare et ordinarium videtur ut prius peccans secreto moneatur aut increpetur; iterum autem coram senioribus vel Discretis, et si adhuc perseveret, coram omnibus obiurgetur; postea vero convenienti animadversione coerceatur: ut primo amoris significationem experiatur, deinde erubescat, postremo severitatem sentiat, eamque tanto maiorem quanto contumacia magis creverit.*

<sup>a</sup> Prov. IX, 7.

<sup>b</sup> I Tim. V, 20.

Capitolo 12  
LA CORREZIONE  
DI COMPETENZA DEI SUPERIORI

[181] Sarà compito dei Superiori (non appena ne vengano a conoscenza dalla denuncia [dal rapporto]<sup>170</sup> di qualcuno o per altra via) di non trascurare in alcun modo le colpe; ma di stabilire, in caso di conseguenze negative, che cosa si debba fare, secondo il genere della colpa e la condizione dell'interessato. Talvolta infatti bisogna dissimulare l'errore o tollerarlo per un certo tempo; talvolta bisogna punirlo e talora solo biasimarlo. Alcuni vanno ripresi dolcemente, altri invece vanno rimproverati energicamente; alcuni poi bisogna punirli immediatamente con una pena adeguata. Di fatto, alcuni sono da considerare pronti e obbedienti al comando, altri ostinati e superbi; infatti *chi corregge lo spavaldo ne riceve disprezzo*<sup>171</sup>. Bisogna considerare ancora se si tratta di una colpa occulta oppure manifesta, e se da quello che si fa a uno possa derivarne una lezione, in modo che da provvedere anche all'edificazione degli altri. Perciò disse l'Apostolo: *Quelli che risultano colpevoli, rimproverali alla presenza di tutti, perché anche gli altri abbiano timore*<sup>172</sup>.

[182] Tuttavia sembra che la procedura normale e ordinaria debba essere la seguente: prima si ammonirà o si rimprovererà il colpevole in segreto; la seconda volta invece davanti agli anziani o ai Discreti e, se ancora dovesse persistere, sarà ripreso davanti a tutti; poi lo si punirà con un castigo adeguato<sup>173</sup>. In tal modo prima sperimenterà un atteggiamento d'amore, poi la vergogna e infine la severità. E questa dovrà essere tanto più rigorosa quanto maggiore è stata la caparbità.

<sup>170</sup> ‡ Si noti l'impercettibile variazione lessicale da *delatio* a *relatio*, che però muta radicalmente la percezione psicologica e la valutazione morale di un gesto ai nostri giorni comunemente riprovato [N.d.C.].

<sup>171</sup> Pr 9:7.

<sup>172</sup> 1° Tm 5:20.

<sup>173</sup> ‡ La procedura, di origine evangelica (Mt 18:15-17), è simile a quella incontrata al c. 11, § 2 [n. 177] [N.d.C.].

§ 1

Diverso atteggiamento verso le colpe

§ 2

Procedura ordinaria



In animadversionibus aut poenitentis ordinarie Praepositus localis statuat; in iis tamen quae graviore sunt, veluti quae tertio ordini in canonum poenitentialium descriptione sunt adscriptae, consulat **Generalem, vel Provincialem**; Generalem vero omnino si de perpetua poena agatur:

idque dictum sit tam de iis poenitentis et poenis irrogandis quae Constitutione vel ordinatione aliqua expressae sint, quam de aliis statuendis; quae quidem ad canonum poenitentialium normam dirigendae sunt.

Quando vero, aliquo a correctione vel emendatione abhorrente, ad id veniendum sit ut, sicuti ex Apostolo habetur, auferendum sit malum ex nobis ipsis, ne modicum fermentum totam massam corrumpat<sup>c</sup>, **Capitulum Generale, vel Praepositus Generalis** cum consensu Assistantium, statuat quod iuri consentaneum sit<sup>d</sup>.

In obiurgationibus Superiores a nimia acerbitate, contumelia et omni perturbatione caveant; quando neque aliis ea ratione afferent medicinam, et sibi male facient. Medicos imitentur, qui morbum remove student, aegro autem non irascuntur; praesertimque id praestent si forte in eo peccatum sit ut ipsi contemnantur, ne non tam peccatum punire quam seipsos videantur ulcisci.

**Sicuti** misericordiam, clementiam et mansuetudinem amare et sequi debent, ita ne in nimiam incidant facilitatem et indulgentiam valde caveant; ne, dum lenitatem sequuntur, muneris sibi commissi obliviscantur, ipsique in crimen tamquam Heli incurrant<sup>e</sup>,

**183** - *In animadversionibus aut poenitentis ordinarie Praepositus localis statuat; in iis tamen quae graviore sunt, veluti quae tertio ordini in canonum poenitentialium descriptione sunt adscriptae, consulat **Provincialem vel Generalem**; Generalem vero omnino si de perpetua poena agatur;*

*idque dictum sit tam de iis poenitentis et poenis irrogandis quae Constitutione vel ordinatione aliqua expressae sint, quam de aliis statuendis; quae quidem ad canonum poenitentialium normam dirigendae sunt.*

**184** - *Quando vero, aliquo a correctione vel emendatione abhorrente, ad id veniendum sit ut, sicuti ex Apostolo habetur, auferendum sit malum ex nobis ipsis, ne modicum fermentum totam massam corrumpat (I Cor., V, 2; Gal., V, 9), Praepositus Generalis cum consensu Assistantium statuat quod iuri consentaneum sit.*

**185** - *In obiurgationibus Superiores a nimia acerbitate, contumelia et omni perturbatione caveant; quando neque aliis ea ratione afferent medicinam, et sibi male facient. Medicos imitentur, qui morbum remove student, aegro autem non irascuntur; praesertimque id praestent si forte in eo peccatum sit ut ipsi contemnantur, ne non tam peccatum punire quam seipsos videantur ulcisci.*

**186** - *Sicuti misericordiam, clementiam et mansuetudinem amare et sequi debent, ita ne in nimiam incidant facilitatem et indulgentiam valde caveant; ne, dum lenitatem sequuntur, muneris sibi commissi obliviscantur, ipsique in crimen tamquam Heli incurrant (I Reg., II),*

<sup>c</sup> I Cor. V, 2 [Ut tollatur de medio vestrum]; Gal. V, 9 [Modicum fermentum totam massam corrumpit].

<sup>d</sup> Circa eiectionem solemniter professi cf. *Commentarium*, § 57.

<sup>e</sup> I Reg. II.

[183] Sulle punizioni o penitenze di norma deciderà il Preposito locale; tuttavia quando si tratta di colpe più gravi, come quelle assegnate alla terza categoria nella lista dei canoni penitenziali<sup>174</sup>, interpellerà il **Generale** o il **Provinciale** [il Provinciale o il Generale]; in ogni caso, il Generale se si tratta di «infliggere» una pena perpetua. E ciò sia detto tanto dell'irrogazione delle penitenze e pene che sono previste in qualche costituzione o delibera capitolare, quanto delle altre da decidere, le quali dovranno essere sempre conformi al disposto dei canoni penitenziali.

§ 3  
Competenze

[184] Quando uno dovesse rifiutare la correzione o il castigo e si dovesse giungere, come dice l'Apostolo, a togliere il malvagio di mezzo a noi<sup>175</sup>, perché un po' di lievito non faccia fermentare tutta la pasta<sup>176</sup>, il **Capitolo generale** o [—] il Preposito generale col consenso degli Assistenti stabilirà una punizione che sia conforme al diritto<sup>177</sup>.

§ 4  
Punizione dei  
renitenti

[185] Nei rimproveri i Superiori eviteranno l'eccessiva asprezza, l'offesa e ogni tipo di turbamento, perché in quel modo non aiuterebbero gli altri e farebbero male a sé stessi. Imiteranno i medici, che cercano di rimuovere la malattia, senza adirarsi col malato. Si comporteranno così soprattutto se si tratta di un affronto fatto a loro, affinché non sembri che, invece di punire la colpa, stiano piuttosto vendicando sé stessi.

§ 5  
Imperturbabilità nei  
rimproveri

[186] Come devono lasciarsi guidare dalla misericordia, dalla clemenza e dalla mitezza, così eviteranno accuratamente di cadere nell'eccessiva condiscendenza e indulgenza, affinché, mentre si mostrano dolci, non si dimentichino dell'ufficio loro affidato e incorrano essi stessi nella colpa come Eli<sup>178</sup>, e rovinino coloro che

§ 6  
Doveroso rigore

<sup>174</sup> ‡ Cf. *infra*, Appendice [N.d.C.].

<sup>175</sup> ‡ 1 Cor 5:13 (*Auferte malum ex vobis ipsis*). Tanto la IV quanto la VI edizione rinviano però a 1 Cor 5:2, dove viene espresso un concetto simile, ma usando parole diverse (*tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit*) [N.d.C.].

<sup>176</sup> Gal 5:9.

<sup>177</sup> Circa l'espulsione di un professo solenne cf. *Commentarium*, § 57 [IV ed.].

<sup>178</sup> 1 Sam 2.

perdantque quibus parcere sibi stulte videbantur; scriptum est enim: *Qui parcit virgae, odit filium*<sup>f</sup>.

Neque quod quis contristetur ipsos poeniteat; gaudeant potius quoniam contritatio est *secundum Deum* quae poenitentiam in salutem stabilem operatur<sup>g</sup>.

Aliorum quoque aedificationi hoc modo consulitur, *mulctato enim pestilente, sapientior erit parvulus*<sup>b</sup>.

Patienter atque humiliter monitiones et reprehensiones ab omnibus accipere et poenitentias subire unusquisque debet, remittens aliis, tamquam aegrotus medici peritiae, omnem morbi sui et medicinae cognitionem; punienti, vel ei qui eius culpam detexerit, non irascatur; neque se aut alium conetur defendere, quando etiam sponte, emendationis desiderio, propria peccata proferre debet. Immo in eo quod animae suae videt salutare remedium adhiberi, non mediocre agnoscat curationis beneficium; quod cum in remediis quae corpori afferuntur faciamus, in iis quae animae adhibentur multo magis facere debemus. Meminerint quod qui sapiens est, diligit arguentem<sup>i</sup> et qui increpationes odit, morietur<sup>j</sup>;

illud item quod Dominus noster humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem<sup>k</sup>,

et omnino non esse condignas passiones huius temporis ad futuram gloriam quae revelabitur in nobis<sup>l</sup>.

*perdantque quibus parcere sibi stulte videbantur; scriptum est enim: Qui parcit virgae, odit filium* (Prov., XIII, 24).

*Neque quod quis contristetur ipsos poeniteat; gaudeant potius quoniam contritatio est secundum Deum quae poenitentiam in salutem stabilem operatur* (II Cor., VII, 10).

*Aliorum quoque aedificationi hoc modo consulitur: mulctato enim pestilente, sapientior erit parvulus* (Prov., XXI, 11).

**187** - *Patienter atque humiliter monitiones et reprehensiones ab omnibus accipere et poenitentias subire unusquisque debet, remittens aliis, tamquam aegrotus medici peritiae, omnem morbi sui et medicinae cognitionem; punienti, vel ei qui eius culpam detexerit, non irascatur; neque se aut alium conetur defendere, quando etiam sponte, emendationis desiderio, propria peccata proferre debet. Immo in eo quod animae suae videt salutare remedium adhiberi, non mediocre agnoscat curationis beneficium; quod cum in remediis quae corpori afferuntur faciamus, in iis quae animae adhibentur multo magis facere debemus. Meminerint quod qui sapiens est, diligit arguentem* (Prov., IX, 8)

*et qui increpationes odit, morietur* (Ib., XV, 10);

*illud item quod Dominus noster humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem* (Philip., II, 8),

*et omnino non esse condignas passiones huius temporis ad futuram gloriam quae revelabitur in nobis* (Rom., VIII, 18).

<sup>f</sup> Prov. XIII, 24 [*Qui parcit virgae odit filium suum*].

<sup>g</sup> II Cor. VII, 10 [*Quae enim secundum Deum tristitia, poenitentiam in salutem stabilem operatur*].

<sup>b</sup> Prov. XXI, 11.

<sup>i</sup> Prov. IX, 8 [*Argue sapientem, et diliget te*].

<sup>j</sup> Ib. XV, 10 [*Qui increpationes odit, morietur*].

<sup>k</sup> Philip. II, 8.

<sup>l</sup> Rom. VIII, 18 [*Existimo enim quod non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis*].

avevano stoltamente ritenuto di dover perdonare. Sta scritto infatti: *Chi risparmia il bastone odia < suo > figlio*<sup>179</sup>. E non si dispiaceranno se uno si rattrista; si rallegreranno piuttosto, perché è *la tristezza secondo Dio* quella che produce un pentimento irrevocabile che porta alla salvezza<sup>180</sup>. In tal modo si provvede anche all'edificazione degli altri: infatti *quando lo spavaldo viene punito, l'inesperato diventa saggio*<sup>181</sup>.

[187] Ciascuno, da parte sua, deve accettare da tutti, con pazienza e umiltà, le ammonizioni e i rimproveri e sottomettersi alle penitenze, rimettendo agli altri, come il malato all'esperienza del medico, ogni giudizio sulla propria malattia e sul relativo rimedio. Non si adirerà con colui che lo punisce o con chi ha messo allo scoperto la sua colpa, e non tenterà di difendere sé stesso o un altro, quando anzi dovrebbe manifestare spontaneamente le proprie colpe col desiderio di emendarsi. Al contrario, nella punizione che viene usata come salutare rimedio per la sua anima riconoscerà una cura di non poco conto. La considerazione che abbiamo per i rimedi del corpo, molto più dobbiamo averla per quelli dell'anima. Ricorderanno che il saggio ama chi lo rimprovera<sup>182</sup> e che *chi rifiuta i rimproveri morirà*<sup>183</sup>; e ricorderanno ancora che il Signore *umiliò sé stesso facendosi obbediente fino alla morte*<sup>184</sup>, e infine che *le sofferenze del tempo presente non sono paragonabili alla gloria futura che sarà rivelata in noi*<sup>185</sup>.

§ 7  
Atteggiamento dei  
colpevoli

<sup>179</sup> Pr 13:24.

<sup>180</sup> 2 Cor 7:10.

<sup>181</sup> Pr 21:11.

<sup>182</sup> Pr 9:8.

<sup>183</sup> Pr 15:10.

<sup>184</sup> Fil 2:8.

<sup>185</sup> Rm 8:18.

Omnino autem Superiores et ceteri, in fratris salute et spirituali utilitate curanda, oratione nitantur. *Orate*, inquit S. Iacobus,  
*pro invicem, ut salvemini; multum enim valet deprecatio iusti assidua*<sup>m</sup>.

Ad huiusmodi vero Superiorum officium de quo hic agimus etiam pertinet immoderatas quasdam affectiones, cum eas apparere viderint, reprimere; neque solum male facta punire, sed prudenter etiam ne fiant providere. Si quem igitur viderint in cibo capiendū immodestum, si in vestitu aut quacumque suppellectili quaedam superflua aut delicias quaerentem, sicuti etiam negligentem et dissolutum, si in somno intemperantem, si in loquendo nimium vel quid insolentis praeseferentem, aut aliis eiusmodi affectionibus obnoxium, haec omnia commode et discrete corrigere studeant, maioribus vitiis quae ex eiusmodi propensionibus oriri possent tempestive occurrentes. Pariter si quem aliquo modo superbientem vel ex aliqua causa (puta ex amicitia, ex scientia, ex fama vel existimatione, aut etiam, ut humana fert miseria, ex alicuius muneris sacri functione) se efferentem animadverterint, aut ea conditione et natura esse ut in eiusmodi vitium facile incidere possit, eam rationem ineant qua opportune et prudenter eius de quo agitur salutem consulatur, et Congregationis utilitati prospiciatur; in qua mortificatio conservari debet, elatio vero et superbia opprimi et deleri.

**188** - *Omnino autem Superiores et ceteri, in fratris salute et spirituali utilitate curanda, oratione nitantur. Orate, inquit S. Iacobus (V, 16), pro invicem, ut salvemini; multum enim valet deprecatio iusti assidua.*

**189** - *Ad huiusmodi vero Superiorum officium de quo hic agimus etiam pertinet immoderatas quasdam affectiones, cum eas apparere viderint, reprimere; neque solum male facta punire, sed prudenter etiam ne fiant providere. Si quem igitur viderint in cibo capiendū immodestum, si in vestitu aut quacumque suppellectili quaedam superflua aut delicias quaerentem, sicuti etiam negligentem et dissolutum, si in somno intemperantem, si in loquendo nimium vel quid insolentis praeseferentem, aut aliis eiusmodi affectionibus obnoxium, haec omnia commode et discrete corrigere studeant, maioribus vitiis quae ex eiusmodi propensionibus oriri possent tempestive occurrentes. Pariter si quem aliquo modo superbientem vel ex aliqua causa (puta ex amicitia, ex scientia, ex fama vel existimatione, aut etiam, ut humana fert miseria, ex alicuius muneris sacri functione) se efferentem animadverterint, aut ea conditione et natura esse ut in eiusmodi vitium facile incidere possit, eam rationem ineant qua opportune et prudenter eius de quo agitur salutem consulatur, et Congregationis utilitati prospiciatur; in qua mortificatio conservari debet, elatio vero et superbia opprimi et deleri.*

<sup>m</sup> Jac. V, 16.

[188] In ogni caso, i Superiori e quanti si prendono cura della salvezza e del bene spirituale del fratello, faranno affidamento sulla preghiera. *Pregate*, dice San Giacomo, *gli uni per gli altri, per essere salvati. Molto potente è la preghiera insistente del giusto*<sup>186</sup>.

[189] Rientra nel dovere dei Superiori, di cui stiamo trattando, anche la repressione, al loro primo apparire, di certe inclinazioni smoderate; e non solo la punizione dei comportamenti cattivi, ma anche la loro prudente prevenzione. Se dunque vedono uno che non si controlla nel mangiare; se «vedono» uno che ricerca il superfluo o il lusso, oppure «al contrario» uno che è negligente e trascurato nell'abbigliamento o nell'arredamento; se «vedono» uno che è sregolato nel sonno; se «vedono» uno che eccede nel parlare o che manifesta una certa arroganza o è soggetto ad altre simili inclinazioni, cercheranno di correggere con tatto e discrezione tutte queste cose, opponendosi tempestivamente ai vizi più gravi che potrebbero derivare da simili propensioni. Parimenti, se dovessero accorgersi che uno in qualche modo insuperbisce o, per qualsiasi motivo, si vanta (per esempio, delle amicizie, della cultura, della fama o della stima o anche, vista la miseria umana, dell'affidamento di qualche incarico pastorale), o che sia per natura nella condizione di cadere facilmente in simile vizio, procedano in modo da provvedere opportunamente e prudentemente alla salvezza dell'interessato e, insieme, badare al bene della Congregazione, nella quale bisogna conservare la mortificazione e si devono schiacciare e annientare l'arroganza e la superbia.

<sup>186</sup> Gc 5:16. ‡ La NV legge: *Orate pro invicem, ut sanemini. Multum enim valet deprecatio iusti operans* [N.d.C.].

DE CONCORDIA ET AEQUALITATE.  
CAPUT XIII.

Ad eandem dilectionem invicem ex Domini praecepto habendam pertinet ut Congregatio universa concordī quadam et coniuncta charitate seipsam complectatur, et, cum una sit inter omnes vitae victusque ratio, omnium sit etiam una mens, una voluntas, atque idem desiderium; ut, secundum Apostoli doctrinam, corpus unum efficiatur multis inter se membrīs coagmentatum<sup>a</sup>:

quod quidem et christianis, praesertim regularibus viris, maxime convenit, et ad tranquillitatem conservationemque Congregationis, uberioresque fructus in quaerenda proximorum salute edendos, permagni referre dubium non videtur. Ad huiusmodi autem concordiam tuendam, tum singulorum officiis opus est, tum cura Superiorum.

Itaque singuli ita mores suos conformare studeant ut fratrum voluntati non adversentur, et propriae voluntati nimium non indulgeant; sed omnes digne ambulent vocatione qua vocati sunt cum omni humilitate et mansuetudine, cum patientia, supportantes invicem in charitate, solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis<sup>b</sup>.

Idem sapiant, eandem charitatem habentes, unanimes, idipsum sentientes; nihil per contentionem, neque per inanem gloriam; sed in humilitate superiores invicem arbitantes, non quae sua sunt singuli considerantes, sed ea quae aliorum<sup>c</sup>.

CAPUT XIII  
DE CONCORDIA ET AEQUALITATE

**190** - Ad eandem dilectionem invicem ex Domini praecepto habendam pertinet ut Congregatio universa concordī quadam et coniuncta charitate seipsam complectatur, et, cum una sit inter omnes vitae victusque ratio, omnium sit etiam una mens, una voluntas, atque idem desiderium; ut, secundum Apostoli doctrinam, corpus unum efficiatur multis inter se membrīs coagmentatum (Rom., XII, 4 seq.):

quod quidem et christianis, praesertim regularibus viris, maxime convenit, et ad tranquillitatem conservationemque Congregationis, uberioresque fructus in quaerenda proximorum salute edendos, permagni referre dubium non videtur. Ad huiusmodi autem concordiam tuendam, tum singulorum officiis opus est, tum cura Superiorum.

**191** - Itaque singuli ita mores suos conformare studeant ut fratrum voluntati non adversentur, et propriae voluntati nimium non indulgeant; sed omnes digne ambulent vocatione qua vocati sunt cum omni humilitate et mansuetudine, cum patientia, supportantes invicem in charitate, solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis (Eph., IV, 2 seq.):

Idem sapiant eandem charitatem habentes, unanimes, idipsum sentientes; nihil per contentionem, neque per inanem gloriam; sed in humilitate superiores invicem arbitantes, non quae sua sunt singuli considerantes, sed ea quae aliorum (Phil., II, 2 seq.).

<sup>a</sup> Rom. XII, 4 seq. [Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra].

<sup>b</sup> Eph. IV, 2 seq.

<sup>c</sup> Philip. II, 2 seq. [Ut idem sapiatis...].

Capitolo 13  
LA CONCORDIA E L'UGUAGLIANZA

[190] Rientra nel medesimo amore vicendevole, secondo il comando del Signore, che tutta la Congregazione si ammanti di carità, concordia e unità. Come unico per tutti è il genere di vita e di sostentamento, tutti avranno pure un'unica mente, un'unica volontà, un medesimo desiderio; in modo che, secondo l'insegnamento dell'Apostolo, il corpo risulti unito per la connessione di molte membra fra di loro<sup>187</sup>; cosa che conviene moltissimo ai cristiani, soprattutto ai religiosi, e senza dubbio contribuisce moltissimo alla tranquillità e al mantenimento della Congregazione e alla produzione di più abbondanti frutti nell'apostolato. Per custodire tale concordia c'è bisogno tanto del contributo dei singoli quanto della sollecitudine dei Superiori.

[191] Pertanto ciascuno cercherà di regolare il proprio comportamento in modo da non opporsi alla volontà dei confratelli e non indulgere eccessivamente alla propria volontà; ma tutti si comporteranno in maniera degna della vocazione che hanno ricevuto, con ogni umiltà, mansuetudine e pazienza, sopportandosi a vicenda nell'amore, avendo a cuore di conservare l'unità dello spirito per mezzo del vincolo della pace<sup>188</sup>. Avranno un medesimo sentire e la stessa carità, rimanendo unanimi e concordī; non faranno nulla per rivalità o vanagloria, ma con tutta umiltà considereranno gli altri superiori a sé stessi, senza cercare l'interesse proprio, ma quello degli altri<sup>189</sup>.

<sup>187</sup> Rm 12:4-5.

<sup>188</sup> Ef 4:1-3. ‡ La NV sostituisce *patientia* con *longanimitate*. Né la IV né la VI edizione segnalano che anche *omnes digne ambulent vocatione qua vocati sunt* è ripreso da Ef 4:1 (*Ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis*) [N.d.C.].

<sup>189</sup> Fil 2:2-4. ‡ La NV sostituisce *sentientes* con *sapientes* [N.d.C.].



Nullus proprie aliquid faciat quod ad severiorem vitae rationem pertineat sine concessu Superioris; qui in ea re tum singulorum, tum multo magis universi corporis utilitatem spectabit.

Nullus item sibi plus tribui quacumque in re postulet quam cuilibet alii; nec vero idem quod fortasse alii concedi videt sibi quoque poscat; sed, cum quid sibi forte opus sit qua decet modestia et reverentia Superiori significaverit, in illius arbitrio acquiescat, quem moderatorem Congregationi vel Collegio divinitus datum credere debet; quod quidem facile cuique fuerit, si, ut christiana pietas postulat, in id propriae infirmitatis et inopiae consideratione omni studio incumbet ut sua omnia parvipendat, seque vero animi iudicio abiiciat, quod sanctae humilitatis officium est.

Superiores autem ita se comparent ut neminem praecipuo dignum amore statuunt, nisi quem moribus et virtute ceteris praestare viderint.

Ita quoque communem vivendi rationem moderentur ut aequalitas in omnibus servetur, personarumque acceptio, quae apud Deum locum non habet<sup>d</sup>, penitus excludatur; sed omnes in Domino unum habeantur<sup>e</sup>.

Quare in victus, vestitus, suppellectilis, cubiculorum, et si quid aliud est ad communem vitam pertinens, modo, mensura, aut ratione quavis, aequalitas servetur; quamvis aequalitas non ita accipienda sit ut eadem mensura vel quan-

**192** - *Nullus proprie aliquid faciat quod ad severiorem vitae rationem pertineat sine concessu Superioris; qui in ea re tum singulorum, tum multo magis universi corporis utilitatem spectabit.*

**193** - *Nullus item sibi plus tribui quacumque in re postulet quam cuilibet alii; nec vero idem quod fortasse alii concedi videt sibi quoque poscat; sed, cum quid sibi forte opus sit qua decet modestia et reverentia Superiori significaverit, in illius arbitrio acquiescat, quem moderatorem Congregationi vel Collegio divinitus datum credere debet, quod quidem facile cuique fuerit, si, ut christiana pietas postulat, in id propriae infirmitatis et inopiae consideratione omni studio incumbet ut sua omnia parvipendat, seque vero animi iudicio abiiciat, quod sanctae humilitatis officium est.*

**194** - *Superiores autem ita se comparent ut neminem praecipuo dignum amore statuunt, nisi quem moribus et virtute ceteris praestare viderint.*

*Ita quoque communem vivendi rationem moderentur ut aequalitas in omnibus servetur, personarumque acceptio, quae apud Deum locum non habet (Rom., II, 11), penitus excludatur; sed omnes in Domino unum habeantur (Gal., III, 28).*

*Quare in victus, vestitus, suppellectilis, cubiculorum, et si quid aliud est ad communem vitam pertinens, modo, mensura, aut ratione quavis, aequalitas servetur; quamvis aequalitas non ita accipienda sit ut eadem mensura vel quantitate cuilibet*

<sup>d</sup> Rom. II, 11 [Non enim est acceptio personarum apud Deum].

<sup>e</sup> <Gal.> III, 28 [Omnes enim vos unum estis in Christo Iesu].

[192] Nessuno prenderà l'iniziativa di adottare uno stile di vita più severo, senza il permesso del Superiore. Questi, a tale proposito, terrà conto, sí, del bene dei singoli, ma, ancora di più, di quello dell'intero corpo.

§ 3 Permesso del Superiore per una disciplina più severa

[193] Ugualmente nessuno, in qualunque cosa, esigerà che gli sia dato di più che a chiunque altro; e neppure chiederà anche per sé ciò che dovesse vedere concesso a un altro; ma, dopo aver fatto presente al Superiore, con la discrezione e il rispetto dovuti, ciò di cui dovesse aver bisogno, si abbandonerà alla sua decisione, nella convinzione che quello è il moderatore dato da Dio alla Congregazione o al Collegio. Questo sarà certamente facile a ognuno se, come richiede la spiritualità cristiana, considerando attentamente la propria debolezza e povertà, terrà in poco conto le proprie esigenze e se arriverà al disprezzo di sé, cosa questa doverosa per chi vuol essere umile.

§ 4 Sapersi accontentare

[194] I Superiori, dal canto loro, si disporranno a non ritenere nessuno oggetto di amore preferenziale, se non chi si distingue dagli altri nel modo di comportarsi e nella virtù.

§ 5 Esclusione di preferenze

Inoltre regoleranno lo stile di vita comune in modo che sia mantenuta l'uguaglianza in tutte le cose e sia esclusa totalmente la parzialità, che presso Dio non trova spazio<sup>190</sup>; ma tutti saranno uno nel Signore<sup>191</sup>. Pertanto nel modo, nella misura e in qualsiasi altro aspetto del mangiare, del vestire, dell'arredare le camere e di qualunque altro settore della vita comune, si manterrà l'uguaglianza. Tuttavia l'uguaglianza non andrà considerata nel senso

§ 6 Uguaglianza

<sup>190</sup> Rm 2:11.

<sup>191</sup> Gal 3:28.

titate cuilibet tribuatur (hoc enim in multis aequalitati repugnaret), sed proportionis, et eius quod cuique opus sit habita ratione. Quocirca aetas, valetudo, corporis constitutio, officium item et muneris functio, et si quid simile est, consideretur; ut in quibuscumque rebus opus sit, in dispari quoque ratione aequalitati consulatur.

Neque solum in huiusmodi vitae opportunitatibus, sed in ceteris quoque omnibus curandum erit ut nihil, quantum fieri possit, diversitatis in Congregatione appareat, praesertim in divinis officiis et omnibus ad divinum cultum pertinentibus.

Praeterea, cum diversa functionum, officiorum studiorumque genera in Congregatione partim necessaria partim utilia sint, in illis assignandis et distribuendis quali quisque natura, ingenio et propensione sit consideretur; hoc enim ad concordiam pariter et pacem in Congregatione conservandam multum valebit, hilariori animo unusquisque Deo serviet, et maior fiet in omni genere progressus. Quo in genere tamen ita quisque, ut humilitas postulat, animum inducere debet ut proprio iudicio, quod fallacissimum est, non credat; sed quod Patres de eo statuere voluerint, id tamquam a Deo salutis suae causa constitutum accipiat.

*tribuatur (hoc enim in multis aequalitati repugnaret), sed proportionis, et eius quod cuique opus sit habita ratione. Quocirca aetas, valetudo, corporis constitutio, officium item et muneris functio, et si quid simile est, consideretur; ut in quibuscumque rebus opus sit, in dispari quoque ratione aequalitati consulatur.*

**195** - *Neque solum in huiusmodi vitae opportunitatibus, sed in ceteris quoque omnibus curandum erit ut nihil, quantum fieri possit, diversitatis in Congregatione appareat, praesertim in divinis officiis et omnibus ad divinum cultum pertinentibus.*

**196** - *Praeterea, cum diversa functionum, officiorum studiorumque genera in Congregatione partim necessaria partim utilia sint, in illis assignandis et distribuendis quali quisque natura, ingenio et propensione sit consideretur; hoc enim ad concordiam pariter et pacem in Congregatione conservandam multum valebit, hilariori animo unusquisque Deo serviet, et maior fiet in omni genere progressus. Quo in genere tamen ita quisque, ut humilitas postulat, animum inducere debet ut proprio iudicio, quod fallacissimum est, non credat; sed quod Patres de eo statuere voluerint, id tamquam a Deo salutis suae causa constitutum accipiat.*

che si debba dare a chiunque nella stessa misura e quantità (ciò infatti sarebbe spesso contrario all'uguaglianza), ma in proporzione ai bisogni di ciascuno. Per cui si considererà l'età, la salute, la costituzione fisica, come pure l'ufficio ricoperto, l'attività svolta e «altre» cose del genere; cosicché, quando c'è bisogno di qualcosa, si avrà sempre riguardo per l'uguaglianza, anche se in modo differenziato.

[195] E non solo in queste circostanze, ma anche in tutte le altre si dovrà aver cura che nessuna diversità, per quanto possibile, appaia in Congregazione, specialmente nelle celebrazioni liturgiche e in tutto ciò che riguarda il culto divino.

[196] Inoltre, in Congregazione la varietà di attività, di uffici e di studi, è da un lato necessaria e dall'altro soltanto utile; pertanto nella loro assegnazione e distribuzione si considereranno il carattere, l'intelligenza e la propensione di ciascuno. Ciò infatti contribuirà molto a conservare la concordia e la pace in Congregazione; ciascuno servirà Dio con più serenità; e maggiore sarà la crescita sotto ogni riguardo. In questo campo però ognuno deve, come richiede l'umiltà, indursi a non credere al proprio giudizio, che è assai ingannevole; ma accoglierà come disposto da Dio per il proprio bene ciò che i Padri<sup>192</sup> avranno voluto decidere nei suoi confronti.

§ 7

Esclusione di ogni  
differenza in campo  
liturgico

§ 8

Assegnazione degli  
incarichi

<sup>192</sup> ‡ Probabilmente, il Preposito locale insieme con i suoi Discreti (cf. *infra*, l. IV, c. 18, § 10 [n. 457]) [N.d.C.].

DE SERMONE ET SILENTIO.  
CAPUT XIV.

Cum ex Sanctorum testimonio et ipso usu satis constet ad vitam sancte degendam moderationem loquendi maximum momentum habere, diligenter attendendum erit quid et quando et quo modo item loqui expediat; ne quis otiosa verba effutiat; scurrili, nimis libero, sonoro, aut pugnaci loquendi genere utatur; alicuius famae per loquacitatem vel leviter detrahat; de se dicat quae ad inanem gloriam spectent; verba fundat quae discordiarum semina esse possint; aut, rebus novis nunciandis, curiositati serviat: quae omnia cavenda sunt, vel quod per se mala sint, vel certe quod animum a saeculo abductum et spiritualibus exercitationibus intentum, cogitationesque in illud quod unum necessarium dixit Dominus<sup>a</sup> collectas, disturbare et dissipare possint. Omnino enim religiosi hominis sermo de iis semper esse debet quae ad animam expoliendam et in perfectionis gradu collocandam pertinent.

Silentio autem omnino uti debemus certis horis et locis quae nostris institutis continentur, veluti in choro, in capitulo seu congregatione, in coenaculo tempore refectionis, et a finita oratione quae fit sub tempus cubitum eundi usque ad datam mane loquendi facultatem: quibus locis et horis, si quid dicto opus sit, petenda erit facultas. Sed et certis temporibus parcius erit loquendum, puta in Quadragesima et Adventu.

CAPUT XIV  
DE SERMONE ET SILENTIO

**197** - *Cum ex Sanctorum testimonio et ipso usu satis constet ad vitam sancte degendam moderationem loquendi maximum momentum habere, diligenter attendendum erit quid et quando et quo modo item loqui expediat; ne quis otiosa verba effutiat; scurrili, nimis libero, sonoro, aut pugnaci loquendi genere utatur; alicuius famae per loquacitatem vel leviter detrahat; de se dicat quae ad inanem gloriam spectent; verba fundat quae discordiarum semina esse possint; aut, rebus novis nunciandis, curiositati serviat: quae omnia cavenda sunt, vel quod per se mala sint, vel certe quod animum a saeculo abductum et spiritualibus exercitationibus intentum, cogitationesque in illud quod unum necessarium dixit Dominus (Luc., X, 42) collectas, disturbare et dissipare possint. Omnino enim religiosi hominis sermo de iis semper esse debet quae ad animam expoliendam et in perfectionis gradu collocandam pertinent.*

**198** - *Silentio autem omnino uti debemus certis horis et locis quae nostris institutis continentur, veluti in choro, in capitulo seu congregatione, in coenaculo ordinarie tempore refectionis, et a finita oratione quae fit sub tempus cubitum eundi usque ad datam mane loquendi facultatem: quibus locis et horis, si quid dicto opus sit, petenda erit facultas. Sed et certis temporibus parcius erit loquendum, puta in Quadragesima et Adventu.*

<sup>a</sup> Luc. X, 42 [Porro unum est necessarium].

Capitolo 14  
LA CONVERSAZIONE E IL SILENZIO

[197] Dalla testimonianza dei Santi e dalla stessa esperienza risulta abbastanza sicuro che per vivere santamente ha una grandissima importanza la moderazione nel parlare; perciò si dovrà considerare accuratamente che cosa convenga dire e quando e come si debba farlo: non si proferiranno parole oziose; non si userà un linguaggio scurrile, troppo libero, vociante o polemico; non si denigrerà, anche solo lievemente, con le chiacchiere la reputazione di alcuno; non si dirà di sé ciò che è inteso alla vanagloria; non si pronunceranno parole che potrebbero essere semi di discordia, o che, quando ci fossero novità da annunciare, potrebbero compiacere la curiosità. Tutte queste cose vanno evitate, o perché sono cattive in sé stesse, o per lo meno perché possono disturbare un animo che si è ritirato dal mondo e si è dato alle pratiche spirituali, e distrarre una mente concentrata su ciò che il Signore ha definito la sola cosa necessaria. In genere infatti i discorsi di un religioso dovrebbero sempre riguardare la cura dell'anima e il suo avanzamento nella via della perfezione.

[198] Dobbiamo poi osservare il silenzio rigoroso in determinati momenti e luoghi, previsti dai nostri istituti, come in coro, nei capitoli e nelle riunioni, in refettorio [di norma] durante i pasti, e dal termine dell'esame di coscienza fino al momento in cui si dà il permesso di parlare al mattino: in questi luoghi e momenti, se c'è bisogno di dire qualcosa, si dovrà chiedere il permesso. In determinati periodi poi si dovrà parlare più moderatamente, come per esempio in Quaresima e Avvento.

§ 1  
Moderazione nel  
parlare

§ 2  
Silenzio

<sup>193</sup> Lc 10:42.

Huc pertinet ut mos ille servetur quo, post horam a prandio, signo dato, quisque statim in cubiculum se recipiat. Item, ut nullus, **praeter Officiales maiores**, alienum cubiculum ingrediatur **sine licentia Superioris; sed si quis alium in eo velit alloqui, pulsato ostio (quod ordinarie, clave extante, clausum habere quisque solet, nisi cum contingit aliquem alium simul esse in cubiculo) in limine manens alloquatur.**

In sermonibus cum extraneis a quibus conveniuntur habendis, eo etiam diligentius vanitatem et omne peccatum cavere debent quo faciliores ad talia homines saeculares plerumque esse solent et quo maius inde scandali periculum imminet. Quamlibet igitur institutam colloquutionem, ad honorem Dei et salutem animarum dirigant sive convertant, et omnino caveant in hoc genere tempus frustra conterere.

**199 - Huc pertinet ut mos ille servetur quo, post horam a prandio signo dato, quisque statim in cubiculum se recipiat. Item, ut nullus, nisi pia et rationabili causa, alienum cubiculum ingrediatur.**

**200 - In sermonibus cum extraneis a quibus conveniuntur habendis, eo etiam diligentius vanitatem et omne peccatum cavere debent quo faciliores ad talia homines saeculares plerumque esse solent et quo maius inde scandali periculum imminet. Quamlibet igitur institutam colloquutionem ad honorem Dei et salutem animarum dirigant sive convertant, et omnino caveant in hoc genere tempus frustra conterere.**

[199] Rientra in questo contesto l'uso, che si dovrà conservare, per cui un'ora dopo il pranzo, dato il segnale, ciascuno si ritirerà subito in camera. Inoltre nessuno, eccetto gli Ufficiali maggiori<sup>194</sup> [se non per un motivo pio e ragionevole], entrerà nella camera di un altro senza il permesso del Superiore; ma se uno vuole parlare in camera con un altro, dopo aver bussato alla porta (che normalmente si terrà chiusa con la chiave di fuori, eccetto quando uno sta in camera insieme a un altro), gli parlerà rimanendo sulla soglia [—].

[200] Nei colloqui con gli estranei che vengono a trovarli, ancor più diligentemente dovranno evitare la vanità e ogni peccato, perché di solito i secolari sono più inclini a tali cose e inoltre perché c'è un maggiore pericolo di scandalo. Dirigeranno dunque o rivolgeranno ogni conversazione che intraprendono all'onore di Dio e alla salvezza delle anime, e in ogni caso eviteranno di perdere tempo in chiacchiere inutili.

§ 3  
Ritiro in camera  
pomeridiano –  
"Regula liminis"

§ 4  
Colloqui con gli  
estranei

<sup>194</sup> ‡ Gli Ufficiali maggiori sono quelli di cui si tratta nel l. IV, c. 17, vale a dire, il Preposito locale, i Discreti, il Vicario, il Procuratore e il Cancelliere [N.d.C.].



DE PRIVATIS LITTERARUM STUDIIS,  
ET ALIIS QUIBUSDAM.  
CAPUT XV.

Quorum librorum lectioni unusquisque operam det Praepositus animadvertat, et quarum item rerum scriptioni, ne forte frustra quis tempus conterat, aut propterea a proposito aberret et inani- bus cogitationibus vel desideriis implicetur, cum potius divinae contemplationis spiritualisque cognitionis studium inde adiuvere debeat. Certe nulus in cubiculo suo libros habeat quorum notulam Superior non probarit. Curent autem Superiores locorum et, pro ea quae suppetit copia, enitantur in Collegio instructam bibliothecam communem habere, et iis praesertim libris pro numero habitantium abundantem, quorum usum, ex functionibus nostris praestandis, frequentiore esse necesse est.

Pro hac **autem** parte quae ad disciplinam pertinet concludenda, haec quoque ita attingere sufficiat:

primo, ut certa horarum distributio pro varietate dierum, opportuna discretionem adhibita, fiat; quibus officia, functiones omnesque actiones communes, tam ad corpus quam ad animum et divinum cultum pertinentes, ordine et certa regula praestentur;

quam quidem distributionem in tota Congregatione observandam Capitulum Generale faciendam mandet; quod si opus fuerit eam in aliquo Collegio (pro ratione loci, personarum, aut functionum) mutari, Provincialis saltem, **si fuerit, alioqui Generalis** consulatur:

CAPUT XV  
DE QUIBUSDAM ALIIS AD REGULAREM  
DISCIPLINAM SPECTANTIBUS

**201** - Pro hac parte quae ad disciplinam pertinet concludenda, haec quoque ita attingere sufficiat:

*primo, ut certa horarum distributio pro varietate dierum, opportuna discretionem adhibita, fiat; quibus officia, functiones omnesque actiones communes, tam ad corpus quam ad animum et divinum cultum pertinentes, ordine et certa regula praestentur;*

**202** - quam quidem distributionem in tota Congregatione observandam Capitulum Generale faciendam mandet; quod si opus fuerit eam in aliquo Collegio (pro ratione loci, personarum, aut functionum) mutari, Provincialis saltem consulatur:

Capitolo 15  
LO STUDIO PERSONALE E ALTRE NORME  
[ALTRE NORME DISCIPLINARI]

Il Preposito controllerà che libri legge ciascuno e che cosa scrive<sup>195</sup>, in modo che nessuno perda tempo inutilmente<sup>196</sup> o venga meno al programma prefissato e resti coinvolto in pensieri o desideri vani, dovendo piuttosto favorire con lo studio l'amore per la divina contemplazione e per la scienza spirituale. Nessuno terrà nella sua camera libri, di cui il Superiore non abbia approvato la lista. I Superiori locali però avranno cura e, secondo i mezzi a disposizione, si adopereranno perché nel Collegio ci sia una biblioteca comune fornita e provvista soprattutto, secondo il numero dei residenti, di quei libri il cui uso deve essere più frequente per le attività che svolgiamo [⇒ nn. 250-251].

[201] Per concludere poi [—] questa parte riguardante la disciplina, basterà accennare anche ai seguenti punti: innanzi tutto, si farà un orario preciso, secondo la diversità dei giorni, ammettendo una opportuna elasticità, in modo che gli uffici, le attività e tutte le azioni comuni riguardanti tanto il corpo quanto l'anima e il culto divino possano svolgersi con ordine e secondo una regola certa;

[202] il Capitolo generale ordinerà di fare questo orario da osservarsi in tutta la Congregazione; se sarà necessario mutarlo in qualche Collegio (tenuto conto del luogo, delle persone e delle attività), ci si rivolgerà almeno al Provinciale, **se ci sarà, altrimenti al Generale** [—];

§ 1  
Studio personale

§ 2  
Altre norme:  
— Orario della casa

— Orario per tutta la Congregazione

<sup>195</sup> ‡ Ritroviamo qui la norma che avevamo già incontrato nel l. I, c. 4, § 16 [n. 43], a proposito del Maestro dei novizi [N.d.C.].

<sup>196</sup> ‡ A proposito del buon uso del tempo, si veda l. IV, c. 17, § 6 [n. 432] [N.d.C.].

deinde, ut sacra lectio, ut fit, in mensa, benedictio, gratiarum actio adhibeatur: ut

ordine post refectionem matutinam in chorum gratias agendo eatur: ut a **prima** mensa nullus sine licentia absit:

ut munditiam, non tamen nimis exquisitam, quilibet in cubiculis, vestibibus, et si quid aliud est, adhibeat: ut omnes invicem, sine levitate et fuco, honorem habeant<sup>a</sup>:

ne in immodestiam perstrependo, cachinnando, aut nimio vel incomposito corporis motu, incidant:

ne quis otiose per domum vagetur, sed libenter qui alias non sunt occupati et qui ex debita officii cura domum obire non debent, in cubiculis permaneant, etiam extra horas praefinitas: ne alieno corpori manus quis admoveat: ne aliqui nimis frequenti consuetudine seorsum ab aliis simul sint:

ut libenti animo ministeriis quibuscumque, ex praescripto et cum opus sit, vacent: ne quis in alienum officium aut ministerium sine licentia se ingerat.

Quae quidem ita summatim posuisse sufficiat, ut omnibus rectae et perfectae disciplinae scopum spectandum persuadeatur.

**203** - *deinde, ut sacra lectio, ut fit, in mensa, benedictio, gratiarum actio adhibeatur: ut, saltem in domibus primi et secundi novitiatu,*

*ordine post refectionem matutinam in chorum gratias agendo eatur: ut a mensa communi nullus sine licentia absit:*

**204** - *ut munditiam, non tamen nimis exquisitam, quilibet in cubiculis, vestibibus, et si quid aliud est, adhibeat: ut omnes invicem, sine levitate et fuco, honorem habeant (Rom., XII, 10):*

*ne in immodestiam perstrependo, cachinnando, aut nimio vel incomposito corporis motu, incidant:*

**205** - *ne quis otiose per domum vagetur, sed libenter qui alias non sunt occupati et qui ex debita officii cura domum obire non debent, in cubiculis permaneant, etiam extra horas praefinitas: ne alieno corpori manus quis admoveat: ne aliqui nimis frequenti consuetudine seorsum ab aliis simul sint:*

**206** - *ut libenti animo ministeriis quibuscumque, ex praescripto et cum opus sit, vacent: ne quis in alienum officium aut ministerium sine licentia se ingerat.*

*Quae quidem ita summatim posuisse sufficiat, ut omnibus rectae et perfectae disciplinae scopum spectandum persuadeatur.*

<sup>a</sup> Rom. XII, 10 [*Honore invicem praevenientes*].

[203] in secondo luogo, si farà, come d'uso, la lettura a tavola con la benedizione e il ringraziamento; [almeno nelle case del primo e del secondo noviziato] dopo il pranzo in ordine si andrà in coro rendendo grazie; nessuno si assenterà dalla prima mensa<sup>197</sup> [dalla mensa comune] senza permesso;

— Disciplina della mensa

[204] tutti manterranno pulite, senza però eccessiva ricercatezza, le camere, i vestiti e qualsiasi altra cosa; tutti si stimeranno a vicenda<sup>198</sup> senza leggerezza e finzione; non cadranno nella sguaiataggine gridando e ridendo ad alta voce, o movendosi in modo eccessivo e scomposto;

— Pulizia e signorilità

[205] nessuno girerà oziosamente per casa, ma quanti non sono occupati altrimenti e non debbono muoversi per casa per dovere d'ufficio, se ne staranno volentieri in camera anche al di fuori delle ore stabilite; nessuno metterà le mani sul corpo di un altro<sup>199</sup>; non staranno insieme separati dagli altri troppo frequentemente;

— Esclusione di bighellonaggio e di eccessiva dimestichezza

[206] assumeranno volentieri qualunque incarico previsto dalla regola e che si rendesse necessario; nessuno s'intrometterà senza permesso nell'ufficio o nell'incarico di un altro.

— Disponibilità e rispetto delle competenze altrui

È sufficiente aver riportato sommariamente questi punti, in modo che tutti siano persuasi che ci si deve proporre l'obiettivo di una disciplina vissuta in maniera puntuale e completa.

§ 3  
Conclusione

<sup>197</sup> ‡ La "prima mensa" è la prima portata di un pasto, durante la quale in genere si faceva la *sacra lectio*. Si veda, in proposito, il testo parallelo delle Costituzioni delle Angeliche (redatte esse pure dal Bascapè: G. CAGNI, "Carlo Bascapè e le Costituzioni dei Barnabiti e delle Angeliche": *Barnabiti Studi*, 10/1993, pp. 137-245): «Doppo la prima mensa se ne faccia un'altra, alla quale pure si leggerà almeno fino a mezza mensa; ma niuna però lasci di venire alla prima senza licenza della Priora» (*Constitutioni et regole delle Monache di S. Paolo Converso di Milano*, "Di varie osservanze, della mensa, et d'altri luoghi et tempi": *ibid.*, pp. 205-206) [N.d.C.].

<sup>198</sup> Rm 12:10.

<sup>199</sup> ‡ Si tratta della tradizionale *regula tactus*, secondo la quale va evitato qualsiasi contatto fisico, piuttosto che del divieto — ovvio — di "alzare le mani" su un confratello (= percuoterlo). Nei canoni penitenziali questo caso (*si alieno corpori manus admoverit*) è riportato fra le colpe della prima categoria (*Appendice*, # c.1.15); le percosse a un confratello (*si fratrem quis percusserit*), fra quelle della terza categoria (*Appendice*, # c.3.13) [N.d.C.].

CONSTITUTIONUM  
LIBER TERTIUS.  
DE CONFSSIONIBUS  
EXTRANEORUM AUDIENDIS.  
CAPUT I.

Cum maiores nostri in huius Congregationis institutione, ut supra tetigimus, non tantum proprium spiritualem progressum, sed proximorum etiam salutem valde spectarint, eorum viam, quantum possumus, sequi cupientes, de quibusdam officiis hoc loco dicemus quae nobis proximorum causa suscipienda sunt.

Primum autem de sanctissimis Poenitentiae et Eucharistiae Sacramentis agamus; quae cum ad spiritualem vitam et efficiendam et conservandam mirifice valeant, summopere studendum nobis erit ut quamplurimi ad eorum frequentem usum inducantur.

Curetur itaque tum ab omnibus ad quos ea res pertinere potest, tum a Praeposito Generali in primis, ut Confessarii probati tam ad virorum quam ad mulierum confessiones, numero pro loci opportunità convenienti, in Collegiis non desint.

Approbatio Confessariorum sit Praepositi Generalis; qui prius testimonium Capituli localis de vita et moribus approbandi sumat, et **praeterea** illum viris idoneis a se eligendis examinandum assignet; gravissimum etenim munus illud est, et quod homines sanctitate, iudicio doctrinaque instructos postulat. Poterit autem hanc approbationem etiam Provincialibus, **cum erunt**, mandare.

Approbati, in eo negotio tamen Superiori suo obediant.

LIBER TERTIUS  
CAPUT I  
DE CONFSSIONIBUS  
EXTRANEORUM AUDIENDIS

**207** - *Cum maiores nostri in huius Congregationis institutione, ut supra tetigimus, non tantum proprium spiritualem progressum, sed proximorum etiam salutem valde spectarint, eorum viam, quantum possumus, sequi cupientes, de quibusdam officiis hoc loco dicemus quae nobis proximorum causa suscipienda sunt.*

**208** - *Primum autem de sanctissimis Poenitentiae et Eucharistiae Sacramentis agamus; quae cum ad spiritualem vitam et efficiendam et conservandam mirifice valeant, summopere studendum nobis erit ut quamplurimi ad eorum frequentem usum inducantur.*

**209** - *Curetur itaque tum ab omnibus ad quos ea res pertinere potest, tum a Praeposito Generali in primis, ut Confessarii probati tam ad virorum quam ad mulierum confessiones, numero pro loci opportunità convenienti, in Collegiis non desint.*

**210** - *Approbatio Confessariorum sit non modo Ordinarii loci, sed et Praepositi Generalis, qui prius testimonium Capituli localis de vita et moribus approbandi sumat et illum viris idoneis a se eligendis examinandum assignet; gravissimum etenim munus illud est, et quod homines sanctitate, iudicio doctrinaque instructos postulat. Poterit autem hanc approbationem etiam Provincialibus mandare.*

**211** - *Approbati, in eo negotio tamen Superiori suo obediant.*

LIBRO TERZO DELLE COSTITUZIONI [—]<sup>200</sup>  
**Capitolo 1**  
L'ASCOLTO DELLE CONFSSIONI DEI FEDELI

[207] I nostri maggiori, nell'istituire questa Congregazione, come abbiamo precedentemente accennato<sup>201</sup>, si proponevano non solo la propria crescita spirituale, ma anche la salvezza del prossimo. Perciò, desiderando seguire, per quanto possibile, il loro tracciato, tratteremo in questo libro di alcune attività che dobbiamo assumere a favore del prossimo.

[208] In primo luogo tratteremo dei sacramenti della Penitenza e dell'Eucaristia. Dal momento che questi sono straordinariamente utili a generare e a conservare la vita spirituale, dovremo cercare con la massima cura di invogliare il maggior numero <di fedeli> alla loro frequenza.

[209] Perciò tutti coloro che ne sono responsabili, e in primo luogo il Preposito generale, faranno in modo che non manchino nei Collegi, in numero adeguato alle necessità locali, confessori approvati per le confessioni tanto degli uomini quanto delle donne.

[210] L'approvazione dei confessori spetta [non solo all'Ordinario del luogo, ma anche] al Preposito generale, il quale prima riceverà l'attestato del Capitolo locale sulla condotta di vita del candidato e poi [—] ne affiderà l'esame a persone competenti, da lui scelte; si tratta infatti di un compito delicatissimo, che richiede uomini dotati di santità, discernimento e dottrina. Potrà deman- dare tale approvazione anche ai Provinciali, quando ci saranno [—].

[211] Quanti vengono approvati, però, nello svolgimento di questo ministero obbediranno al loro Superiore.

§ 1  
Indole apostolica  
della  
Congregazione

§ 2  
Promozione della  
frequenza ai  
Sacramenti

§ 3  
Abbondanza di  
confessori

§ 4  
Approvazione dei  
confessori

§ 5  
Dipendenza dal  
Superiore

<sup>200</sup> ‡ Il terzo libro delle Costituzioni tratta dell'apostolato della Congregazione. Cf. *supra*, l. I, c. 1, § 2 [n. 2] [N.d.C.].

<sup>201</sup> ‡ Cf. *supra*, l. I, c. 1, § 1 [n. 1] [N.d.C.].

Maxime cautio adhibeatur in iis qui foeminarum confessiones audire permittendi sunt; quae provincia minoribus triginta annis non mandetur.

Confessarii nihil a poenitentibus suis accipiant; neque etiam nimiam coniunctionem cum iis habeant.

Audientes confessiones in ecclesia, **superpelliceo et stola** utantur.

Generaliter autem hoc munus suum quam poterunt perfecte exercere contentur, cohortationibus et omni accommodata ratione animarum saluti consulere studentes; in primisque meminerint se esse hac in re Episcoporum adiutores, et ideo ex omni parte ita se comparare debere ut eorum curam et administrationem diligenti studio prosequantur et adiuvent, decretaque et praescriptiones eorumdem, quantum sit in eis, tueantur.

DE PRAEDICATORIBUS VERBI DEI.  
CAPUT II.

Concionandi quoque magnum certe et in Ecclesia Dei necessarium opus summo pietatis studio a nostris amplectendum censemus.

Praepositi Generalis

sit eius rei facultatem dare; quam potestatem poterit etiam Provincialibus, **cum fuerint**, communicare; sed prius tamen approbandi mores virtutesque cognoscere diligenter studeat, praesertim a Capitulo locali; et item num eruditione, quantum eiusmodi munus postulat, instructus sit; ut doctrina pietate, pietas doctrina corroboretur; quas ambas, si quis officii gravitatem et momentum consideret, non mediocres desiderari intelliget.

**212** - *Maxime cautio adhibeatur in iis qui foeminarum confessiones audire permittendi sunt; quae provincia minoribus triginta annis non mandetur.*

**213** - *Confessarii nihil a poenitentibus suis accipiant; neque etiam nimiam coniunctionem cum iis habeant.*

**214** - *Audientes confessiones in ecclesia, stola utantur, et item superpelliceo, si id locorum consuetudo ferat.*

**215** - *Generaliter autem hoc munus suum quam poterunt perfecte exercere contentur, cohortationibus et omni accommodata ratione animarum saluti consulere studentes; in primisque meminerint se esse hac in re Episcoporum adiutores, et ideo ex omni parte ita se comparare debere ut eorum curam et administrationem diligenti studio prosequantur et adiuvent, decretaque et praescriptiones eorumdem, quantum sit in eis, tueantur.*

CAPUT II  
DE PRAEDICATORIBUS VERBI DEI

**216** - *Concionandi quoque magnum certe et in Ecclesia Dei necessarium opus summo pietatis studio a nostris amplectendum censemus.*

**217** - *Praepositi Generalis, praeterquam Ordinarii loci, sit eius rei facultatem dare; quam potestatem poterit etiam Provincialibus communicare; sed prius tamen approbandi mores virtutesque cognoscere diligenter studeat, praesertim a Capitulo locali; et item num eruditione, quantum eiusmodi munus postulat, instructus sit; ut doctrina pietate, pietas doctrina corroboretur; quas ambas, si quis officii gravitatem et momentum consideret, non mediocres desiderari intelliget.*

[212] Ci si mostrerà particolarmente cauti con coloro ai quali si deve concedere la facoltà di ascoltare le confessioni delle donne; tale incarico non sarà affidato a chi non ha compiuto trent'anni d'età.

[213] I confessori non accetteranno nulla dai loro penitenti e inoltre non avranno con essi un'eccessiva familiarità.

[214] Nell'ascoltare le confessioni in chiesa useranno la cotta e la stola [la stola e anche la cotta, se rientra tra le consuetudini locali].

[215] In generale, si sforzeranno di esercitare questo loro compito nel miglior modo possibile, cercando di provvedere con esortazioni e con ogni mezzo opportuno alla salvezza delle anime. Soprattutto ricorderanno di essere, in questo ambito, collaboratori dei Vescovi, e perciò saranno disposti sotto ogni riguardo ad assecondarne e aiutarne con zelo premuroso la sollecitudine pastorale e a osservarne, per quanto compete loro, i decreti e le prescrizioni<sup>202</sup>.

## Capitolo 2

### LA PREDICAZIONE DELLA PAROLA DI DIO

[216] Riteniamo che i confratelli debbano inoltre abbracciare con grande zelo il ministero, sicuramente importante e necessario nella Chiesa di Dio, della predicazione.

[217] Spetta al Preposito generale [oltre che all'Ordinario del luogo] dare la facoltà di predicare; egli potrà condividere tale potestà anche con i Provinciali, quando ci saranno [—]; ma prima cercherà accuratamente di conoscere, soprattutto attraverso il Capitolo locale, la condotta e le virtù del candidato; e inoltre se sia fornito della preparazione richiesta per tale compito; in modo che la dottrina sia fortificata dalla pietà e la pietà dalla dottrina. Se si considera la gravità e l'importanza dell'ufficio, si capisce che non ci si può accontentare di una pietà e di una dottrina mediocri.

<sup>202</sup> ‡ Le *Regulae officiorum* considerano il ministero delle confessioni molto appropriato alla nostra fisionomia: «*Munus hoc instituti nostri maxime proprium*» (“De officio confessoriorum”, n. 1: ed. 1863, p. 110; ed. 1950, p. 101) [N.d.C.].

§ 6  
Confessori delle donne

§ 7  
Atteggiamento dei confessori

§ 8  
Veste liturgica

§ 9  
Spirito da tenere nell'esercizio del ministero

§ 1  
Premessa

§ 2  
Facoltà di predicare



Approbati, in eo tamen genere Superiori suo obediant<sup>a</sup>.

Curetur ad fidelium aedificationem ut in singulis Collegiis diebus festis concio vel sermo habeatur tum mane tum vesperi, aut semel saltem.

Nihil concionatores accipiant, nisi forte eis extra Collegium propter huiusmodi munus ex necessitate morantibus, victus, Praeposito loci approbante, sit praebendus.

In disciplinae domesticae observandae cura eorum ratio habeatur, quatenus, si illis opus sit, ad praeparandam opportuno tempore futurarum (puta Adventus vel quadragesimalis temporis) concionum materiam, otium ab aliis officii suppetat: qua in re valde caveatur ne quod datur necessitati, usurpetur ad vitae licentiam, cum alioqui tali officio fungentes omnibus aliis ad bene et canonicamente vivendum exemplo esse debeant.

Si mane concionem habent, matutino et aliis horis quae mane dicuntur, si vesperi, horae vesperarum et completo-rio interesse non teneantur.

**218** - *Approbati, in eo tamen genere Superiori suo ita obediant, ut non modo, inconsulto Superiore, nullum onus omnino suscipiant, verum etiam extraneorum rogationibus id respondeant quod illius voluntati magis congruum existiment.*

**219** - *Curetur ad fidelium aedificationem ut in singulis Collegiis diebus festis concio vel sermo habeatur tum mane tum vesperi, aut semel saltem.*

**220** - *Nihil concionatores quasi praedicationis aut suorum laborum praemium petant: liceat tamen eis accipere Collegii nomine oblatam sponte eleemosynam. In victu autem et omnino in iis quae ad necessitates et commoda sua spectant, ea qua decet religiosos viros modestia et temperantia utantur.*

**221** - *In disciplinae domesticae observandae cura eorum ratio habeatur, quatenus, si illis opus sit, ad praeparandam opportuno tempore futurarum (puta Adventus vel quadragesimalis temporis) concionum materiam, otium ab aliis officii suppetat: qua in re valde caveatur ne quod datur necessitati, usurpetur ad vitae licentiam, cum alioqui tali officio fungentes omnibus aliis ad bene et canonicamente vivendum exemplo esse debeant.*

<sup>a</sup> **Declaratio.** «Illud Constitutionum: *Concionatores approbati Superiori suo obediant*, sic intelligi oportet ut non modo, inconsulto Superiore, nullum onus omnino suscipiant, verum etiam extraneorum rogationibus id respondeant quod illius voluntati magis congruum existiment. Quod si ea nullo pacto sibi innotescat, tunc minime patefaciendo quo magis inclinent, postulantes ad Superiorem remittant: aut ipsimet eum consulant et iuxta eius mentem respondeant.»

[218] Quanti vengono approvati, però, obbediranno in questo ambito al loro Superiore<sup>203</sup> [in modo che non solo non assumano assolutamente alcun impegno all'insaputa del Superiore, ma rispondano alle richieste degli estranei secondo quanto ritengono più conforme alla sua volontà].

[219] In ogni Collegio si abbia cura che nei giorni festivi si tenga, per l'edificazione dei fedeli, una predica o sermone tanto al mattino quanto alla sera, o almeno una volta «nella giornata».

[220] I predicatori non accetteranno nulla, a meno che, con l'approvazione del Preposito locale, non si debba eventualmente fornire loro il vitto, quando fossero costretti a dimorare fuori del Collegio a causa di tale ministero [chiederanno nulla come ricompensa della predicazione o delle loro fatiche. Sarà però loro permesso di accettare, a nome del Collegio, un'elemosina offerta spontaneamente. Per quanto riguarda poi il vitto e, in generale, le loro necessità e comodità, dimostreranno quella discrezione e moderazione che si addice a religiosi].

[221] Nell'organizzazione della disciplina domestica, si terrà conto di loro, perché, se hanno bisogno di tempo per preparare, quando necessario, l'argomento delle loro prediche (come, per esempio, quelle dell'Avvento e del tempo quaresimale), siano tenuti liberi da altre incombenze. In questo ambito si eviterà accuratamente che quanto viene dato per necessità non sia adoperato per fare i propri comodi, dovendo coloro che svolgono questo ufficio essere di esempio a tutti gli altri nell'osservanza regolare.

Se hanno la predica al mattino, non saranno tenuti a partecipare al Mattutino e alle altre Ore che si dicono al mattino; se alla sera, ai Vesperi e alla Compieta[—]<sup>204</sup>.

§ 3  
Dipendenza dal Superiore – Predicazione festiva

§ 4  
Esclusione di ogni ricompensa

§ 5  
Attenzioni per i predicatori

§ 6  
Esenzione dal coro

<sup>203</sup> **Dichiarazione:** «Il passo delle Costituzioni: “I predicatori approvati obbediranno al loro Superiore” va inteso nel senso che non solo non assumano assolutamente alcun impegno all'insaputa del Superiore, ma rispondano alle richieste degli estranei secondo quanto ritengono più conforme alla sua volontà. E se quella non è in alcun modo nota, allora, non manifestando minimamente ciò per cui maggiormente inclinano, indirizzino i richiedenti al Superiore, o loro stessi lo consultino e rispondano secondo il suo parere» [IV ed. ⇨ n. 218]. † Cf. *supra*, c. 1, § 5 [n. 211]. Il ruolo del Superiore come coordinatore dell'attività pastorale, oltre che di responsabile dell'osservanza regolare, è fortemente sottolineato dalle Costituzioni. Ciò significa che i religiosi svolgono l'apostolato in quanto religiosi, e perciò dipendono, nello svolgimento dell'apostolato, dal loro Superiore religioso [N.d.C.].

<sup>204</sup> † Essendo stato abolito l'obbligo del coro, le ultime due edizioni hanno soppresso questo paragrafo, che non aveva più ragione di essere [N.d.C.].

Diligenter cognoscere studeant quidquid Ecclesiae sanctionibus, Ordinariorum decretis, regulis, instructionibus, praescriptionibus, observandum cavendumve illis praefinitum est; quippe quibus etiam valde enitendum sit ut ipsorum Ordinariorum curam iuvent, ad eius opportunitatem concionum suarum materiam rationemque accommodantes; cum proprie in eo concionandi officio ipsorum sint adiutores.

Graviter praeterea quantum possumus illos monemus, pro eo quanti munus apostolicum faciendum est quo Spiritus Sanctus ad fidelium animos informandos uti solitus est, ne inanis gloriolae cupiditate ducti, rem tam sanctam aliquo modo violent et a modestia christiana recedant. Proinde scientiae ostentationem fugiant, potiusque ad caelestis regni beatitudinem, impiorum supplicia, virtutum pulchritudinem, turpitudinem vitiorum praedicandam studia sua conferant; inflatam et fucatam orationem devitent; graviores commotiones non trahentes, sed quantum spiritus dederit sequentes; et alia id genus observantes, ratione ad christianam gravitatem et modestiam, item ad naturam propriasque vires accommodata.

Qui, maxime admoniti, diversam viam sequi perseverabunt, aliquo modo, praesertim concionum interdictione, arbitrio Praepositi **Generalis, aut Provincialis, si fuerit**, in eos animadvertatur.

*222 - Diligenter cognoscere studeant quidquid Ecclesiae sanctionibus, Ordinariorum decretis, regulis, instructionibus, praescriptionibus, observandum cavendumve illis praefinitum est; quippe quibus etiam valde enitendum sit ut ipsorum Ordinariorum curam iuvent, ad eius opportunitatem concionum suarum materiam rationemque accommodantes; cum proprie in eo concionandi officio ipsorum sint adiutores.*

*223 - Graviter praeterea quantum possumus illos monemus, pro eo quanti munus apostolicum faciendum est quo Spiritus Sanctus ad fidelium animos informandos uti solitus est, ne inanis gloriolae cupiditate ducti, rem tam sanctam aliquo modo violent et a modestia christiana recedant. Proinde scientiae ostentationem fugiant, potiusque ad caelestis regni beatitudinem, impiorum supplicia, virtutum pulchritudinem, turpitudinem vitiorum praedicandam studia sua conferant; inflatam et fucatam orationem devitent; graviores commotiones non trahentes, sed quantum spiritus dederit sequentes; et alia id genus observantes, ratione ad christianam gravitatem et modestiam, item ad naturam propriasque vires accommodata.*

*224 - Qui, maxime admoniti, diversam viam sequi perseverabunt, aliquo modo, praesertim concionum interdictione, arbitrio Praepositi **Provincialis, vel etiam Generalis, in eos animadvertatur.***

[222] Cercheranno di conoscere accuratamente quanto è stato per loro disposto o proibito nei documenti della Chiesa e nei decreti, nei regolamenti, nelle istruzioni e nelle leggi degli Ordinari. Metteranno inoltre ogni impegno nel coadiuvare l'opera degli stessi Ordinari adattando il contenuto e la forma delle prediche in modo da favorire la loro opera, essendo, specialmente nel ministero della predicazione, loro collaboratori<sup>205</sup>.

[223] Inoltre li ammoniamo quanto più fortemente possiamo, data la grande stima che bisogna avere di un'attività apostolica di cui solitamente si serve lo Spirito Santo per formare l'animo dei fedeli, a non profanare in alcun modo un ministero così santo e a non allontanarsi dalla modestia cristiana lasciandosi guidare dalla vanagloria. Perciò fuggiranno l'ostentazione della scienza, e piuttosto si applicheranno a predicare la beatitudine del regno celeste, le pene degli empi, la bellezza delle virtù e la turpitudine dei vizi; eviteranno i discorsi ampollosi e artefatti; non si mostreranno esageratamente commossi, ma seguiranno quanto lo spirito suggerirà loro; e osserveranno altre cose del genere, in maniera adeguata alla serietà e alla modestia cristiana oltre che al proprio carattere e alle proprie forze.

[224] Coloro che, soprattutto se già ammoniti, continueranno a procedere diversamente, saranno puniti in qualche modo, in primo luogo con il divieto di predicare, a discrezione del Preposito generale o provinciale, se ci sarà [provinciale o anche generale].

§ 7  
Comunione con la Chiesa

§ 8  
Stile della predicazione

§ 9  
Punizione dei trasgressori

<sup>205</sup> ‡ Cf. *supra*, c. 1, § 9 [n. 215]. Oltre alla dipendenza dal Superiore religioso nell'organizzazione dell'apostolato, le Costituzioni evidenziano il legame con il Vescovo quale primo titolare dell'attività pastorale [N.d.C.].

DE VISITANDIS  
AEGROTIS ET AFFLICTIS.  
CAPUT III.

Sequitur aliud pium valdeque a Domino commendatum opus<sup>a</sup>

quod omnibus nostris cordi esse valde cupimus, maxime Praepositis, ut amici qui morbo aut calamitate aliqua afflicti sunt, et qui in hospitalibus sustentantur et etiam qui detinentur in carceribus, cum expedire Superiori visum fuerit, visitentur, consolatione leniantur et ad sancta remedia inducantur.

Maxime vero pietas exercenda in illos erit qui in mortis periculo constituti sunt animamve agunt: sed et iis qui ultimo supplicio damnati sunt, arbitrio eiusdem Superioris, subveniendum erit: quae officia cui committat diligenter Superior videat, non enim ad omnia omnes valent.

DE ALIIS QUIBUSDAM  
FUNCTIONIBUS.  
CAPUT IV.

Praeter hic enumerata functionum genera, aliqua alia etiam erunt quibus animarum utilitati deservire nostri poterunt,

CAPUT III  
DE VISITANDIS  
AEGROTIS ET AFFLICTIS

**225** - *Sequitur aliud pium valdeque a Domino commendatum opus* (Matth., XXV),

*quod omnibus nostris cordi esse valde cupimus, maxime Praepositis, ut amici qui morbo aut calamitate aliqua afflicti sunt, et qui in hospitalibus sustentantur et etiam qui detinentur in carceribus, cum expedire Superiori visum fuerit, visitentur, consolatione leniantur et ad sancta remedia inducantur.*

*Maxime vero pietas exercenda in illos erit qui in mortis periculo constituti sunt animamve agunt: sed et iis qui ultimo supplicio damnati sunt, arbitrio eiusdem Superioris, subveniendum erit: quae officia cui committat diligenter Superior videat, non enim ad omnia omnes valent.*

CAPUT IV  
DE ALIIS PRO ANIMARUM SALUTE  
FUNCTIONIBUS

**226** - *Praeter hic enumerata functionum genera, alia plura etiam sunt quibus animarum saluti deservire nostri possunt.*

*Ita iam a maiorum nostrorum tempore Collegia cum animarum curatione Congregatio pluribus in locis, Deo favente, recepit. Cui ministerio addicti pietate, doctrina, zelo et prudentia emineant, ut forma facti gregis, bonum Pastorem imitentur, qui animam suam pro ovibus posuit (Io., X, 11). Semper autem vota emissa et religiosi viri obligationes memoria teneant et diligenter observent, quatenus muneris sui officia permittant, ad normam iuris<sup>a</sup>.*

<sup>a</sup> Matth. XXV.

<sup>a</sup> Can. 630; 631.

Capitolo 3  
LA VISITA AGLI AMMALATI E AI SOFFERENTI

[225] Segue un'altra attività pastorale assai raccomandata dal Signore<sup>206</sup>, che desideriamo ardentemente che stia a cuore a tutti i nostri «confratelli», soprattutto ai Prepositi: quando sembrerà opportuno al Superiore, si visiteranno, si consoleranno e si inviteranno ai sacramenti gli amici afflitti da qualche malattia o da qualche disgrazia, i ricoverati in ospedale e anche i detenuti in carcere.

Si dovrà poi essere particolarmente caritatevoli verso coloro che si trovano in pericolo di morte o sono in fin di vita; ma si dovranno soccorrere, a discrezione del medesimo Superiore, anche i condannati a morte. Il Superiore considererà attentamente a chi affida tali compiti, dal momento che non tutti sono adatti a tutto.

§ 1  
Visita e cura  
pastorale degli  
infermi e dei  
carcerati

Capitolo 4  
ALCUNE ALTRE ATTIVITÀ  
[ALTRE ATTIVITÀ APOSTOLICHE]

[226] Oltre i tipi di attività qui elencati, ce ne saranno anche alcuni altri [ce ne sono anche diversi altri], con cui i confratelli potranno [possono] dedicarsi alla salvezza delle anime, [...] § 1

Premessa

[Così già dal tempo dei nostri maggiori la Congregazione ha accettato in molti luoghi, con la benedizione di Dio, Collegi con annessa cura d'anime. Quanti sono destinati a tale ministero si distingueranno per la pietà, la dottrina, lo zelo e la prudenza, così che, facendosi modelli del gregge, imitano il buon Pastore, che diede la sua vita per le pecore<sup>207</sup>. Ricorderanno però sempre e osserveranno scrupolosamente i voti emessi e gli obblighi propri di un religioso, per quanto i doveri del loro ufficio lo permettano, a norma del diritto.<sup>208</sup>]

[Ministero  
parrocchiale]

<sup>206</sup> Mt 25.

<sup>207</sup> Gv 10:11; cf. Gv 10:15.17.18.

<sup>208</sup> Can. 630; 631 [VI ed.]. ‡ Con tale numero si supera definitivamente la proibizione di accettare Collegi con annessa cura d'anime, che avevamo incontrato nel l. I, c. 7, § 7 [n. 82]: «*Collegia cum animarum curatione adiuncta ne* [nelle ultime due edizioni emendata in *prudenter*] *recipiantur*» [N.d.C.].

227 - *Item fere nullum est operum genus ad iuvenes educandos pertinens quod maiores nostri non sint amplexi. Cum enim probe intelligerent quantum conferrat ad animarum salutem adolescentulos christiana institutione simul cum bonis artibus diligenter solideque imbuere eosque vel a prima aetate immaculatos ab hoc saeculo custodire, non solum varias iuveniles associationes, sed scholas praesertim et ephebea constituerunt.*

228 - *In his autem regendis nostri regulas sequantur quae fusiis descriptae sunt. Id tantum hoc loco hortamur, ut etiam in his Collegiis regularis disciplina integre pro viribus ab unoquoque servetur. Ceterum meminerint omnes qui apud nos iuvenibus erudiendis aut educandis quomodocumque addicti sunt, nos non humano aliquo fine id oneris suscepisse, sed ut animas Christi sanguine redemptas (I Petri, I, 18, 19), dum adolescententes litteris et scientiis omnique urbanitate excolimus, ad aeternam salutem, quantum in nobis est, perducamus.*

229 - *Missiones quoque, praesertim apud infideles, ut filiis Doctoris gentium, nobis maxime cordi esse cupimus.*

230 - *Demum valde commendantur doctrinae christianae verbis et scriptis explanatio et defensio,*

*irarum atque odiorum placatio, et si quid aliud operis est ad caritatem pertinens a nobis non prohibitum aut regulari disciplinae minime periculosum.*

veluti fidei rudimentorum, secundum Concilium Tridentinum<sup>b</sup>, doctrina,

irarum atque odiorum placatio, et si quid aliud operis est ad caritatem pertinens a nobis non prohibitum aut regulari disciplinae minime periculosum.

**Enumerata sumi poterunt cum licentia Praepositi localis, reliqua cum licentia Generalis, nisi aliter expressum sit.**

<sup>b</sup> Sess. 24, c. 4 de reform.

[227 Così pure non c'è quasi alcun genere di opere finalizzate all'educazione dei giovani che i nostri maggiori non abbiano abbracciato. Avendo infatti compreso quanto giovi alla salvezza delle anime dare ai ragazzi un'accurata e solida formazione cristiana e culturale, e soprattutto custodirli fin dalla fanciullezza incontaminati da questo mondo<sup>209</sup>, istituirono non solo varie associazioni giovanili, ma soprattutto scuole e convitti.<sup>210</sup>]

[Educazione della gioventù]

[228 Nel dirigere queste opere i confratelli seguiranno le regole che sono state redatte in maniera più estesa<sup>211</sup>. In questa sede ci limitiamo a esortarli a osservare integralmente anche in questi Collegi la disciplina regolare, ciascuno secondo le proprie possibilità. D'altronde, tutti coloro che presso di noi sono in un modo o nell'altro destinati all'istruzione o all'educazione dei giovani ricordino che noi non abbiamo assunto un tale compito per un fine umano; in realtà formiamo i ragazzi nelle lettere, nelle scienze e nelle buone maniere per condurre, per quanto dipende da noi, alla salvezza eterna le anime redente dal sangue di Cristo.<sup>212</sup>]

[Regole e finalità dell'apostolato fra i giovani]

[229 In quanto figli del Dottore delle genti, vogliamo avere sommarmente a cuore anche le missioni, specialmente quelle *ad gentes*.]

[Missioni]

[230] come l'insegnamento dei rudimenti della fede secondo le disposizioni del Concilio di Trento<sup>213</sup> [Infine sono molto raccomandate la spiegazione e la difesa della dottrina cristiana con la parola e con gli scritti], la pacificazione delle discordie e delle ostilità, e qualsiasi altra opera di carità che non sia stata da noi proibita e che non costituisca in alcun modo un pericolo per la disciplina regolare. Le attività «qui» elencate si potranno assumere col permesso del Preposito locale, per le altre è richiesto il permesso del Generale, a meno che non si dica altrimenti [—].

[Altre attività]

<sup>209</sup> ‡ Anche se il testo non riporta alcun riferimento, si tratta di una citazione di Gc 1:27 (*Immaculatum se custodire ab hoc saeculo*) [N.d.C.].

<sup>210</sup> ‡ Anche l'apertura di scuole esterne e, soprattutto, l'assunzione di convitti non fu un passaggio indolore nella storia della Congregazione. Ci permettiamo, a questo proposito, di rinviare alla nostra relazione al Capitolo provinciale della Provincia Italiana del Centro-Sud del 1999: *L'apostolato dei Chierici Regolari di San Paolo ieri, oggi e domani*, Napoli, Collegio Denza, 27-30 dicembre 1999, pro manuscripto.

<sup>211</sup> ‡ Le prime regole per le scuole esterne sono quelle disposte dal Capitolo generale del 1662, approvate dal Capitolo generale del 1665 e pubblicate nel 1666 col titolo *Exterarum Scholarum disciplina apud Clericos Regulares S. Pauli in Provincia Mediolanensi*. Ne fu estensore il Padre Melchiorre Gorini. Di solito vengono citate usando l'espressione *Ratio studiorum*, di origine gesuitica e successivamente ripresa come titolo del seguente capitolo 5 nelle ultime due edizioni delle Costituzioni. Nel 1892 videro la luce le *Regulae officiorum in Ephebeis apud Clericos Regulares Sancti Pauli*, Romae, Typis A. Befani, 1892 (contenenti le regole per il Rettore, il Vicerettore, il Direttore spirituale e i docenti di scuole e convitti). Nell'edizione 1950 delle *Regulae officiorum* furono aggiunti cinque capitoli sugli incarichi di carattere educativo (pp. 130-170) [N.d.C.].

<sup>212</sup> 1 Pt 1:18-19.

<sup>213</sup> Sessione 24, *De reformatione*, can. 4 [IV ed.].



**Monialium tamen, Seminariorum,** Societatumque quarumlibet cura ne suscipiatur; sed ideo non prohibetur quin aliquando liceat sive ad extraordinarias confessiones, secundum decretum Concilii Tridentini<sup>†</sup>, sive ad visitandum, sive ad concionandum, Ordinariis petentibus, aliquem ex nostris dare: neque prohibetur quin iis duobus Monasteriis quibus hactenus dari consuevit, Confessarius etiam ordinarius dari possit; qui tamen, praeter Sacramentorum administrationem, eorum curae nihil aliud suscipiat. Neque item prohibentur Congregationes illae laicorum quae in domibus nostris haberi festis diebus solent; quae tamen sine consensu Capituli localis non instituentur. Qui contra haec fecerit, ipso facto iure suffragii et dignitate, si obtinet, sit privatus.

Ne item suscipiatur litium componendarum munus, ne alicuius familiae administratio, ne alienae pecuniae custodia aut depositum, nisi forte, ita exigente charitate, aliquando horum aliquid concedere Praeposito Generali visum fuerit.

Praeterea ne quis in aula Principis vel Praelati quovis nomine morari permittatur, nisi forte per breve spatium, puta duorum vel trium mensium, id concedat idem Praepositus Generalis.

**231 - Religiosarum** societatumque quarumlibet cura ne suscipiatur sine consensu Praepositi Provincialis; Paroeciarum et Seminariorum sine Praepositi Generalis et suae Consultationis consensu, qui admodum caute praestetur, si ibidem domus formata constitui non possit.

**232 - Ne item suscipiatur litium componendarum munus, ne alicuius familiae administratio, ne alienae pecuniae custodia aut depositum, nisi forte, ita exigente charitate, aliquando horum aliquid concedere Praeposito Generali visum fuerit.**

**233 - Praeterea ne quis in aula Principis vel Praelati quovis nomine morari permittatur, nisi forte per breve spatium, puta duorum vel trium mensium, id concedat idem Praepositus Generalis.**

<sup>†</sup> Sess. 25, c. 10 de Regul.

[231] Tuttavia non si assumerà la direzione di monasteri, seminari e comunità di qualsiasi genere; ma non per questo è proibito che in qualche caso si possa mettere a disposizione uno dei confratelli come confessore straordinario, secondo le disposizioni del Concilio di Trento<sup>214</sup>, oppure, su richiesta degli Ordinari, come visitatore o predicatore. Né è proibito che si possa mettere a disposizione anche il confessore ordinario nei due monasteri, ai quali finora è stato consuetudine darlo<sup>215</sup>. Questi però, oltre l'amministrazione dei sacramenti, non assumerà alcun'altra responsabilità riguardo alla loro direzione. E così pure non sono proibite quelle riunioni di laici, che di solito si tengono nelle nostre case nei giorni festivi; esse però non verranno promosse senza il consenso del Capitolo locale. Chi agirà contro queste disposizioni, sarà privato *ipso facto* del diritto di voto e della carica, se la possiede [Non si assumerà la direzione delle religiose e delle comunità di qualsiasi genere senza il consenso del Preposito provinciale; delle parrocchie e dei seminari senza il consenso del Preposito generale e della sua Consulta. Tale consenso sia dato con estrema cautela se in quel luogo non si possa costituire una casa formata<sup>216</sup>].

[232] Così pure non si assumerà il compito di comporre le liti<sup>217</sup>, né l'amministrazione delle famiglie, né la custodia o il deposito di denaro altrui, a meno che, per motivi di carità, in qualche caso non sembri opportuno al Preposito generale autorizzare una o l'altra di queste attività.

[233] Inoltre non si permetterà ad alcuno di vivere alla corte di un principe o di un prelado a qualsiasi titolo, a meno che non lo conceda eventualmente lo stesso Preposito generale per un breve periodo, per esempio due o tre mesi.

§ 2  
Assistenza spirituale a comunità

§ 3  
Attività escluse

§ 4  
Esclusione della vita di corte

<sup>214</sup> Sessione 25, *De regularibus*, c. 10 [IV ed.].

<sup>215</sup> † Ci si sta riferendo ai due Monasteri delle Angeliche, quello di San Paolo a Milano e quello di Santa Marta a Cremona [N.d.C.].

<sup>216</sup> † Con l'espressione *domus formata* il Codice di diritto canonico del 1917 intendeva «una casa religiosa in cui dimorano almeno sei religiosi professi, dei quali, nel caso di un ordine clericale, almeno quattro siano sacerdoti» (can. 488, n. 5) [N.d.C.].

<sup>217</sup> † Potrebbe sembrare strano che, dopo aver raccomandato fra le *aliae functiones* la *irarum atque odiorum placatio* (§ 1 & n. 230), qui si escluda il *litium componendarum munus*. Tale apparente contraddizione si spiega considerando il contesto: tutte le attività di cui si parla nel presente paragrafo hanno un carattere legale, per cui anche le "liti" di cui si tratta non vanno intese come semplici litigi, ma piuttosto come vere e proprie controversie legali [N.d.C.].

DE STUDIIS LITTERARUM.  
CAPUT V.

Quoniam vero horum munerum functiones quae ad proximorum utilitatem supra praescripsimus sine litterarum studiis praestari non possunt, simul quod regulari vitae accommodatissima videtur **litterarum** occupatio, si modus certaue regula statuatur, hac de re nunc agendum est.

Itaque harum omnium disciplinarum scholae esse poterunt: Grammaticae, Rhetoricae, Logicae, Philosophiae, Theologiae, et eorum quos Casus conscientiae vocant, et item graecae et hebraicae linguae, et si quam aliam disciplinam ad Sacrae Scripturae intelligentiam valere Praepositus Generalis arbitratus fuerit.

Hae autem studiorum exercitationes, non per quaecumque Collegia sint dispersae, sed nunc quidem Ticinum eligimus, quo ex aliis Collegiis studiorum gratia omnes qui electi fuerint confluent: cum vero Congregatio Provinciae distincta fuerit, poterit Capitulum Generale, quatenus expedire illi videbitur, scholas etiam in unaquaque Provincia, loco opportuno et apto, constituere; scilicet si aut magistri inter nos non desint, aut saltem facultates suppetant ad extraneos tum doctrina tum moribus probatis conducendos. Etenim ad publicas scholas nostri, tamquam ordinarii auditores, ne accedant, nisi forte, theologici studii causa, magistro apud nos deficiente, ad scholas alicuius Universitatis ecclesiasticae eatur.

CAPUT V  
DE STUDIORUM RATIONE

*234 - Quoniam vero horum munerum functiones, quae ad proximorum utilitatem supra praescripsimus, sine litterarum scientiarumque studiis praestari non possunt, simul quod regulari vitae accommodatissima videtur studiorum occupatio, si modus certaue regula statuatur, hac de re nunc agendum est.*

*235 - Primum quidem curandum est ut qui ad sacros Ordines promovendi sunt in sacris disciplinis omnino ad sacrorum Canonum praescripta diligenter instituantur.*

*Studiorum vero exercitationes non per quaecumque Collegia sint dispersae, sed habeantur ubi Capitulum Generale, vel, causa urgente, Praepositus Generalis cum sua Consultatione statuerit.*

Capitolo 5  
GLI STUDI [REGOLAMENTO DEGLI STUDI]

[234] Dal momento che lo svolgimento delle attività apostoliche, che sopra abbiamo prescritto, non può essere garantito senza gli studi umanistici [e scientifici] e nello stesso tempo l'impegno nelle lettere [negli studi] sembra che si adatti molto bene alla vita religiosa, se si stabilisce un metodo e una regola sicura, trattiamo ora di questo argomento.

Perciò si potranno tenere lezioni di tutte le seguenti discipline: grammatica, retorica, logica, filosofia, teologia, e dei cosiddetti "casi di coscienza", e inoltre di lingua greca ed ebraica e di qualsiasi altra disciplina che il Preposito generale riterrà utile alla comprensione della sacra Scrittura [—].

[235] Ci si deve innanzitutto preoccupare che i candidati agli Ordini sacri siano accuratamente formati nelle sacre discipline, secondo le disposizioni dei sacri canoni.] Questi corsi di studio non saranno dislocati in qualsiasi Collegio: per il momento scegliamo Pavia, dove confluiranno dagli altri Collegi tutti coloro che sono stati destinati agli studi. Quando poi la Congregazione sarà divisa in Province, il Capitolo generale potrà, per quanto gli sembrerà utile, erigere scuole anche in ciascuna Provincia, in una casa idonea e adatta; questo naturalmente, se non mancano fra noi i professori o almeno se ci sono sufficienti risorse per assumere dei professori esterni sicuri per dottrina e condotta. I confratelli infatti non frequenteranno, come studenti ordinari, le scuole pubbliche, a meno che in qualche caso, per lo studio della teologia, in mancanza di un nostro professore, non si debbano frequentare le lezioni di una qualche università ecclesiastica [I corsi di studio poi non siano dislocati in qualsiasi Collegio, ma si svolgano dove il Capitolo generale o, per un motivo urgente, il Preposito generale con la sua Consulta avrà stabilito].

§ 1

Premessa

§ 2

Elenco dei corsi

§ 3

Sede degli studi

Scholae autem quas diximus, iustis piisque de causis, bene erit ut in publicis Gymnasiis, si fieri possit, constituentur.

In aliis tamen Collegiis quoque specialiter litterarum studio non destinatis, scholae esse possint, praeterquam Logicae, Philosophiae et Theologiae scholasticae; qua de re Capitulum Generale, vel Praepositus Generalis, cum consensu Assistantium, statuatur, si opus sit.

In singulis Collegiis postea Casus conscientiae explicentur ab eo quem Praepositus Generalis, vel Provincialis, si fuerit, eligit; vel certe ea exercitatio habeatur ut omnes, certa hora simul collecti, de proposita materia quae viderint et meditati sint ordine proferant.

Per validi motivi pastorali, le suddette scuole sarà bene che vengano costituite, se possibile, in pubblici ginnasi<sup>218</sup> [—]. § 4 Apertura agli esterni

Tuttavia anche negli altri Collegi non specificamente destinati agli studi umanistici, potranno tenersi delle lezioni, eccetto che di logica, filosofia e teologia scolastica<sup>219</sup>; su questo, se ce ne fosse bisogno, deciderà il Capitolo generale o il Preposito generale col consenso degli Assistenti[—]. § 5 Lezioni nei Collegi non destinati agli studi

In ogni Collegio inoltre i casi di coscienza<sup>220</sup> saranno spiegati dalla persona scelta dal Preposito generale, o provinciale, se ci sarà; o almeno si terrà la pratica di radunare tutti insieme a una determinata ora, perché espongano per ordine, su un argomento proposto, ciò che hanno capito e meditato<sup>221</sup> [⇒ n. 246]. § 6 Casi di coscienza

<sup>218</sup> ‡ Per comprendere il testo, occorre tener conto di quanto afferma il GABUZIO, parlando delle attività apostoliche della Congregazione: «*Scholas rhetoricae, logicae, philosophiae et sacrae theologiae, ad quas saecularibus etiam aditus pateat, propriis in Collegiis habere*» (*Historia*, p. 306; si noti come tra le materie non sia prevista la grammatica, alle cui lezioni non erano ammessi gli esterni). Ancora più esplicito il Gabuzio si era dimostrato in precedenza: «*Ad scholas nostras saeculares auditores, arbitrio Superiorum, ubi commodum fuerit, admitti possunt, publicis scilicet apud nos institutis gymnasiis, quod iustis piisque de causis a Constitutionibus nostris commendatum est; alienis vero in scholis publice docendi munere fungi, nostri non est instituti*» (*ibid.*, p. 217; l'ultima affermazione si riferisce al § 26 di questo capitolo). Interessante anche quanto affermato nella "Ratio disciplinae nostrae regularis" del 1625: «*Rhetoricam et humaniores litteras, philosophiam, theologiam, ad iussum Superiorum, publice etiam in gymnasiis nostris docemus*» (*Formularum in Congregatione Clericorum Regularium Sancti Pauli observandarum liber*, Mediolani, 1625, p. 16; anche qui, come si vede, è assente la grammatica). Il senso del § 4 è perciò il seguente: è bene che le scuole interne (destinate cioè alla formazione dei Barnabiti) vengano aperte anche ad alunni esterni, divenendo così "pubblici ginnasi" (un esempio di *publicum gymnasium rhetoricae et humanitatis* sono le Scuole Arcimboldi di Milano, aperte nel 1608). Possiamo rinvenire in questa norma l'origine dell'apostolato scolastico della Congregazione. Si veda, su questo punto, lo studio di ANDREA ERBA, "Le scuole e la tradizione pedagogica dei Barnabiti": *Esperienze di pedagogia cristiana nella storia*, a cura di P. BRAIDO, Roma, 1981, vol. I, p. 162; ripreso in A. ERBA, *Antologia degli Scritti*, Segni, 2006, p. 83 [N.d.C.].

<sup>219</sup> ‡ Si potranno cioè attivare i corsi dell'insegnamento di base (grammatica e retorica, oltre che i casi di coscienza, di cui al successivo § 6). Sono esclusi i corsi dell'insegnamento superiore (logica, filosofia e teologia), riservati ai Collegi espressamente destinati agli studi. Ciò vale esclusivamente per le scuole interne: quando infatti al Capitolo generale del 1591 fu presentata la proposta di istituire altre scuole aperte agli esterni (fino ad allora ce n'erano solo a Pavia, Vercelli e Cremona), la risposta del Capitolo fu: «*Responderunt Patres lectionem vel logicae vel rhetoricae in aliquo Collegio, arbitrio Praepositi Generalis et Assistantium, institui posse; scholas vero grammaticae ad quas saeculares pueri conveniant, nullo modo instituendas videri*» (*Acta Capituli generalis a. 1591*, 4 maggio: A. ERBA, *loc. cit.*, p. 84) [N.d.C.].

<sup>220</sup> ‡ La riflessione sui casi di coscienza (la cosiddetta "casistica" o "casuistica") era nata nel medioevo come aiuto ai confessori, ma ebbe il suo massimo sviluppo in epoca moderna, soprattutto grazie ai Gesuiti. Essa consisteva nell'affrontare i casi concreti (talora solo ipotetici), cercando di applicare ad essi i principi — assoluti e astratti — della morale, ma spesso anche derogando ad essi, in considerazione delle circostanze particolari. Per tale motivo, essa fu accusata di lassismo morale (si vedano in proposito le *Lettere provinciali* di Blaise Pascal). Rimane il fatto che si trattava di un utilissimo esercizio di ragionamento, che allenava all'applicazione delle regole generali ai casi specifici [N.d.C.].

<sup>221</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 10, § 3 [n. 171] [N.d.C.].

In Collegiis ubi scholae fuerint idem sit Praepositus et Praefectus studiorum; et ideo in eiusmodi Praepositi electione **ad** officium ab eo praestandum respiciatur, ut scilicet moribus et eruditione et **adulescentum** curationi et scholis moderandis aptus sit. Ibidem habitent **saltem tres vel quatuor** Sacerdotes spectatae vitae ad functiones proximorum causa praestandas.

**Cum aliquis ad studia applicandus videbitur, Praepositus loci ea de re ad Praepositum Generalem sententiam suam scribet, aut vero ad Provinciale, si Provinciae fuerint; qui, personae conditione diligenter ex Capitulo locali, prout opus fuerit, perspecta et cognita, quod in Domino visum fuerit, id statuet.**

In admittendis autem spectetur quem quisque progressum in vita spirituali et regulari fecerit; ne cui forte scientiae potestas tamquam superbiae, malitiae, levitatis, aut vanitatis instrumentum vel praesidium fiat: item spectetur ingenium, aetas, vires; et quod magis animarum salutem et utilitati Congregationis in Domino accommodatum visum fuerit, id fiat.

Praepositus (et idem Praefectus) **una cum Collegii Confessario** efficiat ne disciplina spiritualium exercitationum humiliumque functionum, quatenus per studiorum occupationem liceat, relinquatur; maxime vero eorum diligentem curam gerat qui a Novitiatu sunt recentes, praesertim si adolescentes sint; qui quidem, quatenus per studia fieri possit, eadem qua Novitii institutione tractentur, **Confessarii tamquam Magistri sui curae commissi.**

**236 - In Collegiis ubi scholae fuerint idem sit Praepositus et Praefectus studiorum: et ideo in eiusmodi Praepositi electione ob officium ab eo praestandum id respiciatur, ut scilicet moribus et eruditione et adulescentium curationi et scholis moderandis aptus sit. Ibidem autem habitent, numero pro opportunitate, Sacerdotes spectatae vitae ad functiones proximorum causa praestandas.**

**237 - Praepositus (et idem Praefectus) efficiat ne disciplina spiritualium exercitationum humiliumque functionum, quatenus per studiorum occupationem liceat, relinquatur, maxime vero eorum diligentem curam gerat qui a Novitiatu sunt recentes, praesertim si adolescentes sint; qui quidem, quatenus per studia fieri possit, eadem qua Novitii institutione habeantur, ut suo loco supra diximus.**

ita ut maioris partis eorum iudicio et sententiae, quae per litteras habeatur, stetur. Si eiusmodi impedimentum nimis diu duraturum videatur, iidem quos modo diximus per litteras eodem modo constituent quid agendum. Impediri vero Capituli conventum propterea non intelligatur quod omnes convenire non possint, modo duae partes ex tribus possint.

Si quis iustam non veniendi causam praetendat, illam ita tempestive Praeposito Generali, aut alii Capitulum convocanti, per litteras tuto perferendas significet, ut ab eo responderi possit num illam probet et, si non probet, ipse in tempore adesse queat.

Locus ad quem conveniatur sit **Collegium mediolanense**, nisi quandoque aliud, Capitulum ipsum statuerit<sup>c</sup>.

DE ORATIONIBUS  
CAPITULI CAUSA FACIENDIS.  
CAPUT III.

Capituli tempore in omnibus Congregationis locis eo orationes dirigantur ut omnia in Spiritu Sancto tractari et peragi Deus concedat, et Missae de Spiritu Sancto, quantum fieri possit, celebrentur.

Quo die primum Patres congregandi erunt, ante quilibet ex congregandis Missam itidem de Spiritu Sancto faciat.

Prima congregatio ita incipietur, ut hymnus *Veni Creator* ab omnibus uadicator; postea, et item in aliis congregationibus, consuetum et praescriptum precatationis genus.

**Procurator Generalis, Visitatores et Praepositi Provinciales;**

ita ut maioris partis eorum iudicio et sententiae, quae per litteras habeatur, stetur. Si eiusmodi impedimentum nimis diu duraturum videatur, iidem quos modo diximus per litteras eodem modo constituent quid agendum. Impediri vero Capituli conventum propterea non intelligatur quod omnes convenire non possint, modo duae partes ex tribus possint.

**268** - Si quis iustam non veniendi causam praetendat, illam ita tempestive Praeposito Generali, aut alii Capitulum convocanti, per litteras tuto perferendas significet, ut ab eo responderi possit num illam probet et, si non probet, ipse in tempore adesse queat.

**269** - Locus ad quem conveniatur sit **Roma**, nisi quandoque aliud Capitulum ipsum statuerit.

CAPUT III  
DE ORATIONIBUS  
CAPITULI CAUSA FACIENDIS

**270** - Capituli tempore in omnibus Congregationis locis eo orationes dirigantur ut omnia in Spiritu Sancto tractari et peragi Deus concedat, et Missae de Spiritu Sancto, quantum fieri possit, celebrentur.

**271** - Quo die primum Patres congregandi erunt, ante quilibet ex congregandis Missam itidem de Spiritu Sancto faciat.

**272** - Prima congregatio ita incipietur, ut hymnus *Veni Creator* ab omnibus uadicator; postea, et item in aliis congregationibus, consuetum et praescriptum precatationis genus.

<sup>c</sup> Ex decreto Pii IX (29 April. 1853) Capitulum Generale convocari debet in romano Collegio SS. Blasii et Caroli, et si quando extraordinaria causa occurrerit illud convocandi, recurrendum erit in casu particulari ad Apostolicam Sedem.

spetta, oltre che al Preposito generale e agli Assistenti, ai Prepositi locali o, quando ci saranno le Province, ai Provinciali [al Procuratore generale, ai Visitatori e ai Prepositi provinciali]; ci si dovrà attendere al parere, espresso per lettera, della maggior parte di loro. Se dovesse sembrare che tale impedimento si prolunghi eccessivamente, gli stessi, che abbiamo appena menzionato, decideranno sul da farsi, anche in questo caso per lettera. Non si considererà però un impedimento per lo svolgimento del Capitolo il fatto che non possano intervenire tutti, purché possano farlo i due terzi «degli aventi diritto».

[268] Se uno adduce una valida giustificazione per non partecipare, la notificherà tempestivamente per lettera raccomandata al Preposito generale o a chi convoca il Capitolo, in modo tale che questi possa rispondere se accetta la giustificazione e, in caso di mancata accettazione, quello possa arrivare per tempo.

[269] La sede del Capitolo sarà il Collegio di Milano [Roma], a meno che in qualche caso lo stesso Capitolo non stabilisca altrimenti<sup>256</sup>.

**Capitolo 3**  
**PREGHIERE IN OCCASIONE DEL CAPITULO**

[270] Durante il Capitolo in tutte le case della Congregazione si pregherà perché Dio conceda che tutto sia trattato e compiuto nello Spirito Santo, e si celebreranno, per quanto possibile, Messe de *Spiritu Sancto*.

[271] Parimenti, nel giorno in cui i Padri si dovranno riunire per la prima volta, prima ciascuno dei Capitolari celebrerà la Messa de *Spiritu Sancto*.

[272] La prima seduta avrà inizio con la recita comune dell'inno *Veni Creator*; a cui faranno seguito, come pure nelle altre sedute, le preghiere di rito.

§ 13  
Giustificazioni

§ 14  
Sede del Capitolo

§ 1  
Preghiere in ogni casa

§ 2  
Messa all'inizio del Capitolo

§ 3  
Preghiere all'inizio delle sedute

<sup>256</sup> A norma del decreto di Pio IX del 29 aprile 1853, il Capitolo generale deve essere convocato nel Collegio romano dei Santi Biagio e Carlo «ai Catinari», e se lo si dovesse convocare in via straordinaria, bisognerà ricorrere di volta in volta alla Sede Apostolica [IV ed.]. † Il testo del decreto si trova nel *Bullarium*, pp. 191-193 [N.d.C.].



DE CONGREGATIONE  
LEGITIME CONSTITUENDA.  
CAPUT IV.

Cum dies constituta praeterierit, si duae partes ex tribus (eorum scilicet qui debent et possint et etiam non recusent interesse) non adsint, differatur celebratio Capituli donec venerint: cum autem convenerint, Praepositus Generalis (aut alias, qui maior inter congregatos fuerit) proponat num plena et legitima congregatio ea habeatur. Tunc videndum erit qui absint ex iis qui venire debuerunt, et, prout maior pars praesentium iudicaverit de absentibus expectandis, ita statuatur.

Videndum erit num aliquis ex praesentibus sit inhabilis, et de eo excludendo aut habili reddendo deliberetur.

Socii Praepositorum ostendant litteras Capitulorum a quibus electi sunt, ut ita de eorum legitima electione constet.

Ius suffragii quod habet nemo alicui mandare possit, etiam legitime impeditus.

Qui secundum locum inter congregatos tenet, absolvat, ante alia, Praepositum Generalem, sive alias maiorem, ut supra, hac formula:

*Auctoritate Dei omnipotentis mihi, licet indignissimo, per Sedem Apostolicam concessa, ego te absolvo ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis et interdicti, et a quibusvis aliis sententiis, censuris et poenis; et tecum super quavis irregularitate et impedimento dispense, quatenus possum et tu indiges; ad hoc tantum ut quaecumque per te fient in congregationibus praesentis Capituli tempore habendis rata et firma sint. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.*

CAPUT IV  
DE CONGREGATIONE  
LEGITIME CONSTITUENDA

**273** - *Cum dies constituta praeterierit, si duae partes ex tribus (eorum scilicet qui debent et possint et etiam non recusent interesse) non adsint, differatur celebratio Capituli donec venerint: cum autem convenerint, Praepositus Generalis (aut alias, qui maior inter congregatos fuerit) proponat num plena et legitima congregatio ea habeatur. Tunc videndum erit qui absint ex iis qui venire debuerunt, et, prout maior pars praesentium iudicaverit de absentibus expectandis, ita statuatur.*

**274** - *Videndum erit num aliquis ex praesentibus sit inhabilis, et de eo excludendo aut habili reddendo deliberetur.*

**275** - *Socii Praepositorum **Provincialium** ostendant litteras Capitulorum a quibus electi sunt, ut ita de eorum legitima electione constet.*

**276** - *Ius suffragii quod habet nemo alicui mandare possit, etiam legitime impeditus.*

**277** - *Qui secundum locum inter congregatos tenet, absolvat, ante alia, Praepositum Generalem, sive alias maiorem, ut supra, hac formula:*

*Auctoritate Dei omnipotentis mihi, licet indignissimo, per Sedem Apostolicam concessa, ego te absolvo ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis et interdicti, et a quibusvis aliis sententiis, censuris et poenis; et tecum super quavis irregularitate et impedimento dispense, quatenus possum et tu indiges; ad hoc tantum ut quaecumque per te fient in congregationibus praesentis Capituli tempore habendis rata et firma sint. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.*

**Capitolo 4**  
**DICHIARAZIONE DI LEGITTIMITÀ**  
**DELL'ASSEMBLEA**

[273] Al termine del giorno stabilito, se non fossero presenti i due terzi di quanti hanno il diritto e il dovere di partecipare (a meno che non abbiano rinunciato), la celebrazione del Capitolo sarà rinviata fino al loro arrivo. Una volta convenuti, il Preposito generale (o altrimenti il maggiore<sup>257</sup> dei presenti) porrà la questione se si debba considerare completa e legittima l'assemblea. A questo punto si dovrà verificare chi manchi di coloro che dovevano intervenire, e si deciderà se sia o no il caso di attendere gli assenti, in base al parere della maggioranza dei presenti.

[274] Bisognerà verificare l'eventuale inabilità<sup>258</sup> di qualcuno dei presenti, e si dovrà decidere se escluderlo o abilitarlo.

[275] I Soci dei Prepositi [provinciali] presenteranno la lettera del Capitolo da cui sono stati eletti, in modo che consti della loro legittima elezione.

[276] Nessuno, ancorché legittimamente impedito, potrà delegare ad altri il proprio diritto di voto.

[277] Il secondo in autorità fra i presenti assolverà innanzi tutto il Preposito generale (o altrimenti il maggiore, come detto<sup>259</sup>) con la seguente formula:

*Con l'autorità di Dio onnipotente a me, benché indegno, concessa dalla Sede Apostolica, io ti assolvo da ogni vincolo di scomunica, sospensione e interdetto, e da qualsiasi altra condanna, censura e pena; e ti dispense da qualunque irregolarità e impedimento, per quanto io posso e tu necessiti; e ciò al solo fine di rendere valido ed efficace quanto farai nelle sedute del presente Capitolo. Nel nome del Padre e del Figlio e dello Spirito Santo. Amen.*

§ 1  
Verifica della  
presenza dei  
Capitolari

§ 2 Verifica di  
eventuale inabilità

§ 3 Presentazione  
dell'atto di elezione  
dei Soci

§ 4 Indelegabilità  
del diritto di voto

§ 5  
Assoluzione del  
Preposito generale

<sup>257</sup> ‡ Ci si riferisce al "maggiore" in autorità (p. es., il Vicario generale), quando non sia presente il Preposito generale (p. es., in caso di morte), e non al più anziano di professione (*professione antiquior*) né, tanto meno, al più anziano d'età (*maior natu*) [N.d.C.].

<sup>258</sup> ‡ Si tratta dell'inabilità giuridica, di cui al can. 171, § 1 dell'attuale (1983) Codice di diritto canonico. Diverso è il caso dell'inabilità fisica o psichica, di cui al c. 12, § 23 [n. 366]; c. 13, § 5 [n. 377]; c. 16, § 11 [n. 406]; c. 17, § 9 [n. 435] [N.d.C.].

<sup>259</sup> ‡ Cf. *supra*, § 1 [n. 273] [N.d.C.].

Deinde ipse Praepositus, sive ut supra, eodem modo absolvat ceteros omnes verbis ita conceptis:

*Auctoritate Dei omnipotentis mihi, licet indignissimo, per Sedem Apostolicam concessa, ego vos omnes hic congregatos, et item omnes durante hoc Capitulo nobiscum congregandos, ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis et interdicti, et a quibusvis aliis sententiis, censuris et poenis absolvo; et cum iisdem super quavis irregularitate et impedimento dispenseo, quatenus possum et vos et illi indigetis; ad hoc tantum ut omnia quae in congregationibus praesentis Capituli agentur rata et firma sint. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.*

Valeat vero hoc etiam ad supplendum et dispensandum in quibuscumque defectibus per quae congregatio seu Capitulum faciendum oppugnari posset, et ideo per haec datur illis omnis auctoritas quae nostrae Congregationi quocumque modo competit ad hoc plene efficiendum.

DE OFFICIALIBUS CAPITULI.  
CAPUT V.

Congregatione ita constituta, ante alia eligatur Praeses

et deinceps quatuor Promotores, qui Generalis et Assistantium loco sint. Praesidem tamen ne illum faciant qui est Praepositus Generalis. Qua electione facta, Praepositus Generalis pauca ante sacram imaginem ad sui accusationem, veniamque petendam, ex propria infirmitatis cognitione dicens, deponat officium suum; et eodem modo reliqui Officiales omnes, ordine et celeriter.

*Deinde ipse Praepositus, sive ut supra, eodem modo absolvat ceteros omnes verbis ita conceptis:*

*Auctoritate Dei omnipotentis mihi, licet indignissimo, per Sedem Apostolicam concessa, ego vos omnes hic congregatos, et item omnes durante hoc Capitulo nobiscum congregandos, ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis et interdicti, et a quibusvis aliis sententiis, censuris et poenis absolvo; et cum iisdem super quavis irregularitate et impedimento dispenseo, quatenus possum et vos et illi indigetis; ad hoc tantum ut omnia quae in congregationibus praesentis Capituli agentur rata et firma sint. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.*

*Valeat vero hoc etiam ad supplendum et dispensandum in quibuscumque defectibus per quae congregatio seu Capitulum faciendum oppugnari posset, et ideo per haec datur illis omnis auctoritas quae nostrae Congregationi quocumque modo competit ad hoc plene efficiendum.*

CAPUT V  
DE OFFICIALIBUS CAPITULI

**278** - *Congregatione ita constituta, ante alia eligatur Praeses eadem ratione qua Praepositus Generalis, ut infra dicitur; et deinceps quatuor Promotores, qui Generalis et Assistantium loco sint. Praesidem tamen ne illum faciant qui est Praepositus Generalis. Qua electione facta, Praepositus Generalis pauca ante sacram imaginem ad sui accusationem, veniamque petendam, ex propria infirmitatis cognitione dicens, deponat officium suum; et eodem modo reliqui Officiales omnes, ordine et celeriter.*

Quindi lo stesso Preposito (o «il maggiore» come detto<sup>260</sup>) allo stesso modo assolverà tutti gli altri con le seguenti parole:

*Con l'autorità di Dio onnipotente a me, benché indegno, concessa dalla Sede Apostolica, io assolvo tutti voi qui presenti e similmente quanti si uniranno a noi durante questo Capitolo, da ogni vincolo di scomunica, sospensione e interdetto, e da qualsiasi altra condanna, censura e pena; e vi dispenseo da qualsiasi irregolarità e impedimento, per quanto io posso e voi e loro necessitate; e ciò al solo fine di rendere valido ed efficace quanto verrà fatto nelle sedute del presente Capitolo. Nel nome del Padre e del Figlio e dello Spirito Santo. Amen.*

Tale «assoluzione» servirà anche a supplire e dispensare da tutti gli eventuali difetti per cui una «singola» seduta o «l'intero» Capitolo avrebbero potuto essere impugnati. E perciò con le presenti «Costituzioni» si conferisce loro tutta l'autorità che compete in qualunque modo alla nostra Congregazione per fare ciò con piena legittimità.

Capitolo 5  
GLI UFFICIALI DEL CAPITOLO

[278] Aperta così l'assemblea, innanzi tutto si eleggerà il Preside [allo stesso modo in cui viene eletto il Preposito generale, come si dirà più avanti,<sup>261</sup>] e poi quattro Promotori, che prenderanno il posto del Generale e degli Assistenti. Non faranno però Preside il Preposito generale. Terminata tale elezione, il Preposito generale, consapevole della propria debolezza, dirà poche parole davanti a una immagine sacra per accusare sé stesso e chiedere perdono, e deporrà la sua carica; allo stesso modo «faranno» tutti gli altri Ufficiali, in ordine e celermente.

<sup>260</sup> ‡ Cf. *ibid.* [N.d.C.].

<sup>261</sup> ‡ Cf. *infra*, c. 8. L'integrazione fatta dalle ultime due edizioni delle Costituzioni si rivela pleonastica, dal momento che il testo originale precisava la cosa al § 8 [n. 285], con riferimento non solo all'elezione del Preside, ma anche a quella di tutti gli altri Ufficiali [N.d.C.].

§ 6  
Assoluzione dei  
Capitolari

§ 7  
Dispensa da  
eventuali difetti

§ 1  
Elezione del  
Preside e dei  
Promotori –  
Deposizione delle  
cariche

Hi autem quinque ita electi (qui quidem ex diversis **Collegiis aut etiam** Provinciiis, ad maiorem rerum notitiam, eligendi erunt, et ex gravioribus item et magis laudatis Patribus) simul eam curam gerent ut omnia in Capitulum referenda, sive a sociis Praepositorum allata sive ab aliis, et litteras quoque ad Capitulum datas, accipiant; quae omnia scriptura, ut dictum est, consignata sint, nominum etiam subscriptionibus adiectis; et quae ita se non habebunt, eorum nulla habeatur ratio. Possint etiam reiicere quae referenda non videantur; et tamen si is qui proposuit, nolit eorum iudicio consentire, referant.

Qui litteras sine subscriptione, aut cum falsa, misisse, vel sciens attulisse, deprehensus fuerit (diligenter autem inquirendum erit ut deprehendatur) graviter puniatur. Nomina eorum qui scripserint poterunt non aperiri, maxime si illi ita petierint, nisi aliud Capitulo videatur.

Iidem Patres in eo rerum proponendarum negotio tractando diligenter observent quid detrimenti Congregatio patiat, quid mali irrepserit, quid periculi impendeat; ex quo intelligant quali Praeposito ad subveniendum, instaurandum, providendum, opus sit. Quae cum intellexerint, scite et breviter describant ob talem corruptelam aut tale periculum talem virum desiderari; idque generaliter, sine certae personae demonstratione: quod electoribus, suo loco, proponant.

Quod si tale Capitulum sit ut non sit opus Praeside et Promotoribus (quod in extraordinario eveniet) eligantur tamen quinque Patres, ut supra, qui rebus proponendis praeficiantur.

**279** - *Hi autem quinque ita electi (qui quidem ex diversis Provinciiis,*

*ad maiorem rerum notitiam, eligendi erunt, et ex gravioribus item et magis laudatis Patribus) simul eam curam gerent ut omnia in Capitulum referenda, sive a sociis Praepositorum allata sive ab aliis, et litteras quoque ad Capitulum datas, accipiant; quae omnia scriptura, ut dictum est, consignata sint, nominum etiam subscriptionibus adiectis; et quae ita se non habebunt, eorum nulla habeatur ratio. Possint etiam reiicere quae referenda non videantur; et tamen si is qui proposuit nolit eorum iudicio consentire, referant.*

**280** - *Qui litteras sine subscriptione, aut cum falsa, misisse, vel sciens attulisse, deprehensus fuerit (diligenter autem inquirendum erit ut deprehendatur) graviter puniatur. Nomina eorum qui scripserint, poterunt non aperiri, maxime si illi ita petierint, nisi aliud Capitulo videatur.*

**281** - *Iidem Patres in eo rerum proponendarum negotio tractando diligenter observent quid detrimenti Congregatio patiat, quid mali irrepserit, quid periculi impendeat; ex quo intelligant quali Praeposito ad subveniendum, instaurandum, providendum, opus sit. Quae cum intellexerint, scite et breviter describant ob talem corruptelam aut tale periculum talem virum desiderari; idque generaliter, sine certae personae demonstratione: quod electoribus, suo loco, proponant.*

**282** - *Quod si tale Capitulum sit ut non sit opus Praeside et Promotoribus (quod in extraordinario eveniet), eligantur tamen quinque Patres, ut supra, qui rebus proponendis praeficiantur.*

[279] Questi cinque, così eletti (i quali dovranno essere scelti da differenti **Collegi** o anche [—] Province per una maggiore conoscenza delle cose, e inoltre fra i Padri più autorevoli e maggiormente stimati) raccoglieranno insieme tutto il materiale da presentare al Capitolo portato dai Soci dei Prepositi o da altri, e anche le lettere inviate al Capitolo. Tutti questi documenti, come detto<sup>262</sup>, dovranno essere consegnati per iscritto e firmati dai proponenti; non si terrà alcun conto delle proposte che non dovessero rispettare tali indicazioni. Essi potranno anche respingere quelle proposte che, a loro avviso, non dovessero essere da presentare; ma se il proponente non dovesse condividere il loro parere, le presenteranno.

[280] Se si dovesse scoprire che uno ha mandato una lettera senza firma o con una firma falsa o, sapendolo, l'ha portata «in Capitolo» (si dovrà indagare accuratamente per scoprirlo), sarà punito severamente. I nomi dei proponenti potranno non essere rivelati, soprattutto se essi lo richiedono, a meno che il Capitolo non decida altrimenti.

[281] I medesimi Padri, nel decidere le questioni da proporre, considereranno attentamente i mali che affliggono la Congregazione, i vizi che vi si sono insinuati, i pericoli che la minacciano. Da ciò capiranno di quale Preposito ci sia bisogno per rimediare a quei mali, per eliminare quei vizi, per prevenire quei pericoli. Una volta che lo avranno capito, tracceranno con precisione e brevità l'identikit della persona adatta a fronteggiare tale decadimento o tale pericolo. Faranno questo mantenendosi sulle generali, senza alludere a un determinato individuo. Proporranno questo identikit agli elettori a suo tempo<sup>263</sup>.

[282] Nel caso in cui il Capitolo non richieda Preside e Promotori (cosa che accade nel «Capitolo» straordinario), si eleggeranno ugualmente cinque Padri, come indicato<sup>264</sup>, deputati a presentare le questioni da trattare.

§ 2  
Ruolo della  
Presidenza

§ 3  
Punizione dei falsari

§ 4  
Analisi dello stato  
della  
Congregazione e  
identikit del  
Generale

§ 5  
Presidenza del  
Capitolo  
straordinario

<sup>262</sup> ‡ Cf. *supra*, c. 2, § 2 [n. 262] [N.d.C.].

<sup>263</sup> ‡ Cf. *infra*, c. 8, § 3 [n. 299] [N.d.C.].

<sup>264</sup> ‡ Cf. *supra*, § 1 [n. 278] [N.d.C.].

Eligatur postea Cancellarius, vir gravis, qui omnia decreta et acta ab initio ad finem Capituli ordine describat: cui, si opus sit, detur socius ad eius descriptionis commoditatem.

Item eligatur qui ante novi Praepositi Generalis electionem, si facienda erit, sermonem habeat de bona electione facienda, sine tamen certae personae demonstratione.

Hi omnes ex iis eligantur qui Capitulo interesse debent, adhibita ea schedularum et calculorum ratione quae in electione Praepositi Generalis et Assistentium descripta est, nisi quod eum qui sermonem est habiturus eliget Praeses solus: atque in his electionibus Scrutatores sint tres professione antiquiores.

DE RELIQUA CAPITULI RATIONE.  
CAPUT VI.

Ante singulas congregationes sive collectiones detur signum parva campana, cuius sonus ab iis qui congregandi sunt exaudiri possit: quo audito, omnes statim ad locum congregationis conveniant.

Quae gravia fuerint, die ante proponantur quam tractentur.

Ad sententias quae in Capitulo dicuntur stabiliendas suffragia adhibeantur secreta et consueta calculorum ratio; illudque ordinarium sit etiam in omni alio tractatu extra Capitulum Generale, nisi contra expressum sit, ut quod maior pars senserit, id statuatur; maior, inquam, non comparatione minorum partium, sed totius numeri. Quod si contingat paria esse suffragia, iterum dentur; et si adhuc paria sint, dentur tertio, et Superior, vel maior Capituli sive congregationis, duos calculos ponat.

**283** - *Eligatur postea Cancellarius, vir gravis, qui omnia decreta et acta ab initio ad finem Capituli ordine describat: cui, si opus sit, detur socius ad eius descriptionis commoditatem.*

**284** - *Item eligatur qui ante novi Praepositi Generalis electionem, si facienda erit, sermonem habeat de bona electione facienda, sine tamen certae personae demonstratione.*

**285** - *Hi omnes ex iis eligantur qui Capitulo interesse debent, adhibita ea schedularum et calculorum ratione quae in electione Praepositi Generalis et Assistentium descripta est, nisi quod eum qui sermonem est habiturus eliget Praeses solus: atque in his electionibus Scrutatores sint tres professione antiquiores.*

CAPUT VI  
DE RELIQUA CAPITULI RATIONE

**286** - *Ante singulas congregationes sive collectiones detur signum parva campana, cuius sonus ab iis qui congregandi sunt exaudiri possit: quo audito, omnes statim ad locum congregationis conveniant.*

**287** - *Quae gravia fuerint, die ante proponantur quam tractentur.*

**288** - *Ad sententias quae in Capitulo dicuntur stabiliendas suffragia adhibeantur secreta et consueta calculorum ratio; illudque ordinarium sit etiam in omni alio tractatu extra Capitulum Generale, nisi contra expressum sit, ut quod maior pars senserit, id statuatur; maior, inquam, non comparatione minorum partium, sed totius numeri. Quod si contingat paria esse suffragia, iterum dentur; et si adhuc paria sint, dentur tertio, et Superior, vel maior Capituli sive congregationis, duos calculos ponat.*

[283] Si eleggerà quindi il Cancelliere, persona di fiducia, che verbalizzi ordinatamente tutte le decisioni e gli atti dall'inizio alla fine del Capitolo. A lui, se necessario, si darà un aiuto, per agevolare la verbalizzazione.

§ 6  
Elezione del  
Cancelliere

[284] Si eleggerà inoltre colui che, prima dell'eventuale elezione del Preposito generale, tenga il discorso *de bona electione facienda*, senza però alludere a un determinato individuo<sup>265</sup>.

§ 7 Scelta di colui  
che terrà il discorso  
*de bona electione  
facienda*

[285] Tutti costoro saranno eletti, fra quanti sono presenti in Capitolo, per scheda e ballottaggio, con le modalità descritte per l'elezione del Preposito generale e degli Assistenti<sup>266</sup>, eccetto colui che terrà il discorso, il quale sarà scelto direttamente dal Preside. In tali elezioni saranno Scrutatori i tre «Capitolari» più anziani di professione.

§ 8  
Sistema di voto

Capitolo 6  
REGOLAMENTO CAPITOLARE

[286] Prima di ciascuna seduta o incontro si darà il segnale con una campanella, il cui suono possa essere udito dai Capitolari. Appena udito il segnale, tutti raggiungeranno subito il luogo della riunione.

§ 1  
Segnale di inizio

[287] Le questioni più importanti verranno presentate il giorno prima della loro trattazione.

§ 2 Questioni più  
importanti

[288] Per l'approvazione delle proposizioni presentate in Capitolo si userà il tradizionale sistema di votazione segreta con le palline. Questo sarà il sistema ordinario anche in qualsiasi altra votazione al di fuori del Capitolo generale, a meno che non sia previsto espressamente il contrario: si considererà approvato ciò che decide la maggioranza, s'intende la maggioranza assoluta, non quella relativa. In caso di parità, si voterà una seconda volta; e se il risultato fosse ancora di parità, si voterà per la terza volta, e «questa volta» il Superiore o chi presiede il Capitolo o la riunione darà due voti.

§ 3  
Sistema di voto e  
scrutatori

<sup>265</sup> ‡ Cf. *infra*, c. 8, § 11 [n. 309] [N.d.C.].

<sup>266</sup> ‡ Cf. *infra*, cc. 8 & 9 [N.d.C.].



Scrutatores autem sint: in Capitulo quidem Generali, si in eo sit Praepositus Generalis et Assistentes, ipse Praepositus, maior Assistens et Cancellarius Capituli; si non sit: Praeses, Promotor antiquior et Cancellarius: in aliis casibus, **duo professione antiquiores (unus vero, si numerus vocalium minor sit novem) cum Cancellario Capituli.**

Poterunt etiam negotia et cognitiones certis tantum personis a Capitulo mandari in quas maior pars consenserit.

Semel tantum singuli dicant, neque quidquam replicent: si tamen res aliqua sit magni ponderis, qui praeest iterum dicere petentibus concedat, sed post tamen quam omnes sententiae dictae sint.

Antequam de sententia aliqua stabilienda suffragia ferantur, Cancellarius eam scribat, non tamen in libro, et recitet, ut intelligant omnes num ita ea sententia se habeat: et, cum suffragiis firmata fuerit, nullo modo mutetur, etiam nomine melioris compositionis aut elegantiae.

Si ratio administrationis, ita censente Capitulo, reddenda sit, eligantur ab eodem Capitulo qui seorsum id peragant et Capitulo referant.

Eo autem ordine sedebunt, ut, post Praesidem et Promotores, ceteri sequantur tempus professionis. Et cum celebratur Capitulum, vel congregatio, in quo officia durent, hic ordo sit: Praepositus Generalis, Assistentes, **Visitatores, Procurator Generalis, Praepositi Provinciales, si sint, Locales, Socii.** Inter eos autem qui sunt eiusdem gradus praeferantur antiquiores professione.

**289 - Scrutatores autem sint: in Capitulo quidem Generali, si in eo sit Praepositus Generalis et Assistentes, ipse Praepositus, maior Assistens et Cancellarius Capituli; si non sit: Praeses, Promotor antiquior et Cancellarius: in aliis casibus, qui praeest, antiquior professione et Cancellarius Capituli.**

**290 - Poterunt etiam negotia et cognitiones certis tantum personis a Capitulo mandari in quas maior pars consenserit.**

**291 - Semel tantum singuli dicant, neque quidquam replicent: si tamen res aliqua sit magni ponderis, qui praeest iterum dicere petentibus concedat, sed post tamen quam omnes sententiae dictae sint.**

**292 - Antequam de sententia aliqua stabilienda suffragia ferantur, Cancellarius eam scribat, non tamen in libro, et recitet, ut intelligant omnes num ita ea sententia se habeat: et, cum suffragiis firmata fuerit, nullo modo mutetur, etiam nomine melioris compositionis aut elegantiae.**

**293 - Si ratio administrationis, ita censente Capitulo, reddenda sit, eligantur ab eodem Capitulo qui seorsum id peragant et Capitulo referant.**

**294 - Eo autem ordine sedebunt, ut, post Praesidem et Promotores, ceteri sequantur tempus professionis. Et cum celebratur Capitulum, vel congregatio, in quo officia durent, hic ordo sit: Praepositus Generalis, Assistentes, Procurator Generalis, Visitatores, Provinciales, Socii Superiores, alii.** Inter eos autem qui sunt eiusdem gradus, praeferantur antiquiores **prima** professione.

[289] Fungeranno da scrutatori: nel Capitolo generale, se ci sono il Preposito generale e gli Assistenti, lo stesso Preposito, il primo degli Assistenti<sup>267</sup> e il Cancelliere del Capitolo; se non ci sono, il Preside, il Promotore anziano e il Cancelliere; negli altri casi, i due più anziani di professione (uno solo, se il numero dei vocali è inferiore a nove) insieme col Cancelliere del Capitolo [chi presiede, il più anziano di professione e il Cancelliere del Capitolo].

[290] Alcune questioni potranno essere affidate dal Capitolo all'esame di alcune persone soltanto, sulle quali si trovi d'accordo la maggioranza.

[291] Ciascuno interverrà solo una volta, senza controbattere. Se però si tratta di una questione importante, chi presiede potrà concedere a chi lo richiede di intervenire di nuovo, ma solo dopo che tutti si siano espressi.

[292] Prima che si voti una proposizione, il Cancelliere la metterà per iscritto (ma non sul libro «degli atti») e la leggerà, in modo che tutti controllino che vada bene. Una volta votata, non sarà in alcun modo modificata, neppure per affinarne la formulazione o l'eleganza.

[293] Se, a giudizio del Capitolo, si dovesse rendere conto dell'amministrazione «economica», lo stesso Capitolo sceglierà alcuni che lo facciano a parte e poi riferiscano in Capitolo.

[294] Sederanno nel seguente ordine: dopo il Preside e i Promotori, verranno gli altri secondo l'anzianità di professione. In un Capitolo o in una riunione dove permangono le cariche<sup>268</sup>, l'ordine sarà: il Preposito generale, gli Assistenti, i Visitatori, il Procuratore generale, i Prepositi provinciali quando ci saranno, quelli locali, i Soci [il Procuratore generale, i Visitatori, i Provinciali, i Soci che sono Superiori, gli altri «Soci»]. Fra quelli che sono dello stesso grado, si darà la precedenza ai più anziani di professione [in base alla prima professione].

<sup>267</sup> ‡ L'espressione *maior Assistens* ricorre qui e al c. 12, § 24 [n. 367] (nel c. 5 del l. III, § 25 [n. 253]), avevamo incontrato l'espressione *maior ex Assistentibus*). Pensiamo che ci si riferisca all'*Assistens antiquior professione*, di cui al c. 12, *passim*, che è chiamato a svolgere un ruolo non secondario, che riprende la funzione "ammonitoria" dell'ormai scomparsa figura del Sindaco (§ 10 [n. 355]), e si configura come una specie di Vicario generale *ex officio*. Le Costituzioni non prevedono la figura stabile del Vicario generale: questo viene nominato solo in caso di assenza (§ 17 [n. 360]) o di inabilità (§§ 24-25 [nn. 367-368]) del Generale. Si noti che, in entrambi i casi, non necessariamente il Vicario deve essere uno degli Assistenti. In caso di morte (§ 22 [n. 365]) o di delitto (§ 27 [n. 370]) del Generale, invece, l'Assistente anziano subentra automaticamente come Vicario, senza bisogno di ulteriori elezioni (si veda la "regola generale" contenuta al § 22 [n. 365]) [N.d.C.].

<sup>268</sup> ‡ Come nel caso del Capitolo generale straordinario (cf. *supra*, c. 5, § 5) [N.d.C.].

§ 4  
Commissioni  
capitolari

§ 5  
Limiti di intervento

§ 6  
Approvazione delle  
proposizioni

§ 7  
Commissione  
economica

§ 8  
Ordine di  
precedenza

Atque hic ordo etiam in aliis omnibus servabitur, nisi quod Visitatores, extra actum visitationis, cedent Praepositis locorum ubi habitabunt; **pariterque Procurator Generalis cedet Praeposito romano;**

excepto quoque quod Sacerdotes praefereendi sunt iis qui non sunt, etiam prius professis, et item quod quilibet Praepositus localis ea modestia uti debet ut loci praerogativam tantum cuilibet alii Praeposito in Collegio suo concedat<sup>4</sup>.

DE DISCIPLINA ET MODESTIA  
IN CAPITULO SERVANDA.  
CAPUT VII.

Nihil efficacius ad religiose sancteque in hisce sacris conventibus versandum videri potest, quam si quisque ea Domini verba memoria teneat: *Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum*<sup>5</sup>;

ita enim quilibet se comparabit ut nihil tanta praesentia indignum in se admittat, idque in omni re spectabit quod Deo gratius Congregationique in Domino utilius fore intelliget. Haec vero etiam ita constituta sint:

Ita res ab aliis acceptae proponantur ut qui proponit nihil de suo addat, neque in quam partem ipse propendeat patefaciat.

**295 - Atque hic ordo etiam in aliis omnibus servabitur, nisi quod Visitatores, extra actum visitationis, cedent Praepositis locorum ubi habitabunt;**

*excepto quoque quod Sacerdotes praefereendi sunt iis qui non sunt, etiam prius professis, et item quod quilibet Praepositus localis ea modestia uti debet ut loci praerogativam tantum cuilibet alii Praeposito in Collegio suo concedat; nisi tamen ibidem adsit Visitator Generalis.*

CAPUT VII  
DE DISCIPLINA ET MODESTIA  
IN CAPITULO SERVANDA

**296 - Nihil efficacius ad religiose sancteque in hisce sacris conventibus versandum videri potest, quam si quisque ea Domini verba memoria teneat: Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum** (Matth., <X>VIII, 20);

*ita enim quilibet se comparabit ut nihil tanta praesentia indignum in se admittat, idque in omni re spectabit quod Deo gratius Congregationique in Domino utilius fore intelliget. Haec vero etiam ita constituta sint:*

**297 - Ita res ab aliis acceptae proponantur ut qui proponit nihil de suo addat, neque in quam partem ipse propendeat, patefaciat.**

<sup>4</sup> **Declarationes.** «I. Procurator Generalis locum cedere debet Praeposito romani Collegii inter domesticos tantum eiusdem Collegii parietes, nimirum in choro, Capitulo et coenaculo.

«II. Quilibet Praepositus localis praerogativam loci in suo Collegio cuilibet alii Praeposito concedere debet, nisi tamen ibidem adsit Visitator vel Procurator Generalis; tunc enim et Praepositus loci et Visitator aut Procurator Generalis hospitem Praepositum antecedent.»

<sup>5</sup> Matth. <X>VIII, 20.

[295] Tale ordine sarà osservato anche in tutte le altre «circostanze», con le seguenti eccezioni: i Visitatori, *extra actum visitationis*, daranno la precedenza al Preposito della casa di loro residenza; parimenti il Procuratore generale darà la precedenza al Preposito di Roma [—]; inoltre coloro che non sono sacerdoti, anche se più anziani di professione, daranno la precedenza ai sacerdoti. Ogni Preposito locale infine nel suo Collegio dovrà usare la delicatezza di cedere il primo posto a qualsiasi altro Preposito<sup>269</sup> [a meno che non sia presente il Visitatore generale].

**Capitolo 7**  
CONTEGNO DA TENERE IN CAPITOLO

[296] Al fine di partecipare con correttezza e spirito di fede a simili assise, nulla sembra più efficace che ricordare le parole del Signore: *Dove sono due o tre riuniti nel mio nome, lì sono io in mezzo a loro*<sup>270</sup>. Ciascuno infatti si disporrà in maniera tale da non tollerare in sé nulla che sia indegno di una tale presenza, e in ogni circostanza mirerà a ciò che riterrà più gradito a Dio e più vantaggioso *in Domino* per la Congregazione. A tal fine si stabiliscono anche le seguenti norme:

[297] Si presenteranno le proposte ricevute da altri in maniera tale che chi le presenta non aggiunga nulla di suo né manifesti il proprio parere in proposito.

§ 1  
Consapevolezza  
della presenza del  
Signore

§ 2  
Presentazione delle  
proposte altrui

<sup>269</sup> **Dichiarazioni.** «I. Il Procuratore generale deve cedere il posto al Preposito del Collegio di Roma solo entro le pareti domestiche del medesimo Collegio, e specificamente in coro, in Capitulo e in refettorio.

«II. Ogni Preposito locale deve cedere il primo posto nel proprio Collegio a qualsiasi altro Preposito, a meno che non siano presenti il Visitatore o il Procuratore generale; in tal caso infatti sia il Preposito locale sia il Visitatore o il Procuratore generale precedono il Preposito ospite» [IV ed. ⇒ n. 295].

<sup>270</sup> Mt 18:20.

Circuitiones verborum devitentur, neque prolixiori quis oratione utatur quam opus sit.

*Circuitiones verborum devitentur, neque prolixiori quis oratione utatur quam opus sit.*

Unusquisque loco suo, ordine supra praefinito, sententiam dicat; numquam vero nisi petita ante facultate et benedictione ab eo qui praeest.

*Unusquisque loco suo, ordine supra praefinito, sententiam dicat; numquam vero nisi petita ante facultate et benedictione ab eo qui praeest.*

Sedate loquatur, neque altiori voce quam pro loci amplitudine opus sit.

*Sedate loquatur, neque altiori voce quam pro loci amplitudine opus sit.*

Oratio sit modesta, neque aculeos in aliquem habeat; gestus item omnis, nulliusque contemptum praeseferens.

*Oratio sit modesta, neque aculeos in aliquem habeat; gestus item omnis, nulliusque contemptum praeseferens.*

Caveat unusquisque ne, cum aliquid contra sententiam suam decretum fuerit, adhuc tamen adversetur, dicitetve sibi eam rem non probari; quod enim plures senserint, id rectum esse sibi persuadere debet.

*Caveat unusquisque ne, cum aliquid contra sententiam suam decretum fuerit, adhuc tamen adversetur, dicitetve sibi eam rem non probari; quod enim plures senserint, id rectum esse sibi persuadere debet.*

Dicentem nullus interpellat; neque quidquam fiat quo minus liceat libere loqui.

*Dicentem nullus interpellat; neque quidquam fiat quo minus liceat libere loqui.*

Nulli inter se, licet submissa voce, colloquantur.

*Nulli inter se, licet submissa voce, colloquantur.*

Nullus recedat, etiam a loco suo, nisi id impetrarit prius.

*Nullus recedat, etiam a loco suo, nisi id impetrarit prius.*

Atque ex his paucis regulis cetera quoque capitula modestiae servandae studeant.

*Atque ex his paucis regulis cetera quoque capitula modestiae servandae studeant.*

Si eviteranno i giri di parole e non si prolungherà il proprio intervento oltre il necessario.

§ 3  
Brevità di intervento

Ciascuno interverrà quando è il suo turno, secondo l'ordine precedentemente indicato<sup>271</sup>; mai prima di aver chiesto il permesso e la benedizione a colui che presiede.

§ 4  
Modalità di intervento

Parlerà con calma e non alzando la voce più di quanto sia richiesto dall'ampiezza della sala.

§ 5  
Tono di voce

Gli interventi saranno misurati e senza frecciate contro alcuno; ugualmente i gesti, che non dovranno mancare di rispetto verso alcuno.

§ 6  
Rispetto degli altri

Si eviterà, quando verrà deciso qualcosa contro il proprio parere, di continuare ad opporsi o a ripetere che non si condivide quella decisione; bisogna infatti persuadersi che è giusto quanto è stato approvato dalla maggioranza.

§ 7  
Accettazione delle decisioni della maggioranza

Non si interromperà chi sta parlando, né si farà alcunché per impedirgli di parlare liberamente.

§ 8  
Libertà di parola

Non si parlerà gli uni con gli altri, neppure sottovoce.

§ 9 Silenzio

Non ci si allontanerà inoltre dal proprio posto, senza averne prima ottenuto il permesso.

§ 10 Permesso per allontanarsi

In base a queste poche regole ci si sforzerà di osservare anche le altre norme della buona educazione.

§ 11  
Buona educazione

<sup>271</sup> ‡ Cf. *supra*, c. 6, § 8 [n. 294] [N.d.C.].

DE ELECTIONE  
PRAEPOSITI GENERALIS.  
CAPUT VIII.

Peractis aliis quae tractanda in Capitulo fuerant, si faciendae **sunt** electiones, iam ad eas veniendum erit, primoque ad electionem Praepositi Generalis.

Fiat igitur congregatio mane, in qua legatur caput Constitutionum de electione Praepositi Generalis et item caput de Praeposito Generali.

Deinde Patres ad propositionum negotium delegati notationem eorum proferant quae Praepositus eligendus habere debet, ex investigatione status Congregationis descriptam.

Postremo Praeses Capituli hortando aliqua verba faciat ad electionem faciendam in Domino pertinentia et simul ad inquisitionem sancte faciendam, ut infra.

Et quoniam magnum negotium est quod faciendum sequitur, in eoque maxima sunt ad Congregationis statum momenta, nihil aliud agant usque ad electionem postridie faciendam; sed quod intercedit temporis ponant in imploranda Spiritus Sancti ope, et in ea consideratione quae ad virum idoneum eligendum eos deducat.

CAPUT VIII  
DE ELECTIONE  
PRAEPOSITI GENERALIS

**298** - *Peractis aliis quae tractanda in Capitulo fuerant, si faciendae **sunt** electiones, iam ad eas veniendum erit, primoque ad electionem Praepositi Generalis.*

**299** - *Fiat igitur congregatio mane, in qua legatur caput Constitutionum de electione Praepositi Generalis et item caput de Praeposito Generali.*

*Deinde Patres ad propositionum negotium delegati notationem eorum proferant quae Praepositus eligendus habere debet, ex investigatione status Congregationis descriptam.*

*Postremo Praeses Capituli hortando aliqua verba faciat ad electionem faciendam in Domino pertinentia et simul ad inquisitionem sancte faciendam, ut infra.*

**300** - *Et quoniam magnum negotium est quod faciendum sequitur, in eoque maxima sunt ad Congregationis statum momenta, nihil aliud agant usque ad electionem postridie faciendam; sed quod intercedit temporis ponant in imploranda Spiritus Sancti ope, et in ea consideratione quae ad virum idoneum eligendum eos deducat.*

**Capitolo 8**  
**ELEZIONE DEL PREPOSITO GENERALE**

[298] Una volta esaminate le questioni che dovevano essere trattate in Capitolo, se ci sono da fare le elezioni, si procederà in primo luogo all'elezione del Preposito generale.

[299] Al mattino si terrà una seduta, nella quale si leggerà il capitolo delle Costituzioni sull'elezione del Preposito generale<sup>272</sup>, come pure il capitolo sul Preposito generale<sup>273</sup>.

Quindi i Padri delegati a raccogliere le proposte<sup>274</sup> presenteranno l'identikit del Preposito da eleggere tracciato in base all'analisi dello stato della Congregazione<sup>275</sup>.

Infine il Preside del Capitolo rivolgerà alcune parole esortando a fare l'elezione *in Domino* e contemporaneamente a fare con responsabilità la consultazione, di cui si dirà<sup>276</sup>.

[300] E siccome ciò che si sta per fare è una faccenda rilevante e di decisiva importanza per le sorti della Congregazione, non faranno altro fino all'elezione che avverrà l'indomani; ma impiegheranno il tempo che intercorre nell'implorare l'aiuto dello Spirito Santo e nella riflessione che li conduca a scegliere la persona idonea.

§ 1  
Fase elettiva del  
Capitolo

§ 2  
Lettura delle  
Costituzioni

§ 3 Identikit del  
Preposito da  
eleggere

§ 4  
Esortazione del  
Preside

§ 5  
Preghiera e  
riflessione prima  
dell'elezione

<sup>272</sup> ‡ Vale a dire il presente capitolo. Cf. *supra*, l. I, c. 1, § 13 [n. 9] [N.d.C.].

<sup>273</sup> ‡ Cf. *infra*, c. 12 [N.d.C.].

<sup>274</sup> ‡ Vale a dire la Presidenza del Capitolo (Preside e Promotori) [N.d.C.].

<sup>275</sup> ‡ Cf. *supra*, c. 5, § 4 [n. 281] [N.d.C.].

<sup>276</sup> ‡ Cf. *infra*, §§ 6 ss [nn. 302ss] [N.d.C.].



Conentur autem Patres electuri ita se ab omni alia cogitatione et affectione abstrahere, ut in eiusmodi re Dei honorem solum Congregationisque in Domino utilitatem sibi ante oculos ponant; neque solum omni ambitione vacui sint (quod quidem, praesertim in Christi ministro et in homine regulari, nefarium vitium est), sed diligenter etiam animo suo reputent num fortasse maiori propensione in aliquem, aut alienatione ab aliquo, ducantur quam ad quietum rectumque iudicium opus sit. Neque quis apud se tamquam certum statuere facile debet quem electurus sit, dum ad meditando aliquid datur spatii; maiori enim lumine illustrari potest.

Interim autem, dum ita meditantur, probe teneant tum quae Patres illi pro praesentis Congregationis necessitate in Praeposito eligendo requiri indicaverint, tum quae in Constitutionibus in eo genere scripta sunt; atque ex ea regula et norma cum apud se qui idonei esse possint cogitaverint, de iisdem etiam ab aliis (modo de electoribus sint) ipsi, et non per alios, exquirere poterunt; idque eo tantum spatium ad orandum et considerandum dato.

Modus autem in hoc exquirendi negotio is adhibeatur, ut eatenus id fiat quatenus ad cognitionem alicuius viri necesse sit, idque ex ea tantum parte qua idoneus vel minus idoneus videri possit ad Praepositi munus obeundum: atque ita se quisque (tum interrogans, tum respondens) comparare debebit ut, cum animum induxerit nihil ex iis tacendum quae propter honorem et gloriam Dei ad praesentem necessitatem pertinent, nihil quoque prorsus attingat quod extra eam sit. Qui interrogat, bre-

**301** - *Conentur autem Patres electuri ita se ab omni alia cogitatione et affectione abstrahere, ut in eiusmodi re Dei honorem solum Congregationisque in Domino utilitatem sibi ante oculos ponant; neque solum omni ambitione vacui sint (quod quidem, praesertim in Christi ministro et in homine regulari, nefarium vitium est), sed diligenter etiam animo suo reputent num fortasse maiori propensione in aliquem, aut alienatione ab aliquo, ducantur quam ad quietum rectumque iudicium opus sit. Neque quis apud se tamquam certum statuere facile debet quem electurus sit, dum ad meditando aliquid datur spatii; maiori enim lumine illustrari potest.*

**302** - *Interim autem, dum ita meditantur, probe teneant tum quae Patres illi pro praesentis Congregationis necessitate in Praeposito eligendo requiri indicaverint, tum quae in Constitutionibus in eo genere scripta sunt; atque ex ea regula et norma cum apud se qui idonei esse possint cogitaverint, de iisdem etiam ab aliis (modo de electoribus sint) ipsi, et non per alios, exquirere poterunt; idque eo tantum spatium ad orandum et considerandum dato.*

**303** - *Modus autem in hoc exquirendi negotio is adhibeatur, ut eatenus id fiat quatenus ad cognitionem alicuius viri necesse sit, idque ex ea tantum parte qua idoneus vel minus idoneus videri possit ad Praepositi munus obeundum: atque ita se quisque (tum interrogans, tum respondens) comparare debebit, ut, cum animum induxerit nihil ex iis tacendum quae propter honorem et gloriam Dei ad praesentem necessitatem pertinent, nihil quoque prorsus attingat quod extra eam sit. Qui interrogat, breviter descripta in*

[301] I Padri elettori si sforzeranno di allontanare da sé ogni altro pensiero e sentimento, in modo da avere dinanzi agli occhi in tale circostanza unicamente l'onore di Dio e il bene della Congregazione in Domino. Non solo saranno alieni da ogni ambizione (che è certo un vizio esecrabile in uno che è ministro di Cristo e religioso), ma inoltre considereranno con attenzione se non siano eventualmente mossi da una propensione verso uno o da una avversione verso un altro maggiori di quanto sia richiesto per un giudizio sereno ed equilibrato. Né uno dovrebbe con troppa facilità dare per scontato chi eleggerà, finché c'è tempo per meditare: potrebbe infatti essere illuminato da una luce maggiore.

[302] Nel frattempo, durante la loro meditazione, terranno ben presenti sia l'identikit tracciato da quei Padri<sup>277</sup> come richiesto dalle presenti necessità della Congregazione nello scegliere il Preposito «generale», sia quanto è scritto in proposito nelle Costituzioni<sup>278</sup>; e dopo aver considerato fra sé, secondo quei criteri, quali «persone» potrebbero essere adatte, potranno raccogliere informazioni su di esse presso i confratelli (purché si tratti di elettori). Questo, però, direttamente, non per mezzo di altri, e solo nel tempo concesso per la preghiera e la riflessione.

[303] Tale consultazione si svolgerà secondo le indicazioni che seguono. Si farà nella misura che è richiesta per la conoscenza di qualche persona, e solo per appurare se essa sia più o meno adatta a rivestire la carica di Preposito «generale». Ciascuno, sia nel chiedere informazioni, sia nel rispondere, dovrà avere questa disposizione: proporsi di non tacere nulla di ciò che riguarda la questione in oggetto in vista dell'onore e della gloria di Dio, ma non toccare assolutamente nulla che non sia attinente. Chi chiede

§ 6  
Eventuale  
consultazione

§ 7  
Modalità della  
consultazione

<sup>277</sup> ‡ Cf. *supra*, § 3 [n. 299]; c. 5, § 4 [n. 281] [N.d.C.].

<sup>278</sup> ‡ Cf. *infra*, c. 12 [N.d.C.].

DE PRAEPOSITIS ET CAPITULIS LOCALIBUS  
ET OMNI LOCORUM ADMINISTRATIONE

**427 - Dicendum est nunc de singulorum Collegiorum administratione.**

*Praepositus igitur in unoquoque loco constituendus, ex eo localis dicitur.*

**428 - Eligantur eiusmodi Praepositi in Capitulo Generali, secundum ea quae superius constituta sunt, et in eo officio triennio permanere possint. Post primum triennium a Capituli Generalis tempore eligantur a Praeposito Generali cum sua Consultatione.**

<sup>b</sup> Can. 630, § 4; 415; 533, § 1, n. 4.

[424 Nessun altro amministrerà denaro, senza aver ottenuto la licenza scritta del Preposito provinciale o generale, da rinnovare all'inizio del loro mandato. Ogni anno «chi ha ottenuto tale licenza» renderà conto della sua amministrazione al proprio Preposito «locale».] [Amministrazioni particolari]

[425 I Parroci non saranno Procuratori del Collegio. È però permesso loro di ricevere o raccogliere e amministrare offerte per il bene della parrocchia, a norma del diritto.<sup>365</sup>] [Parroci]

[426 Per il resto, ricordino tutti i confratelli che i beni temporali della Congregazione sono beni della Chiesa e dei poveri, e perciò non debbono essere amministrati né con grettezza né con prodigalità, ma con la diligenza che si addice a chi fa professione di povertà. Pertanto chiunque è, in un modo o nell'altro, coinvolto nell'amministrazione dei beni si preoccuperà di essere trovato nel giorno del giudizio come un servo buono e fedele che meriti di essere ammesso nella gioia del Signore.<sup>366</sup>] [Modo di amministrare]

#### Capitolo 17 [18] I PREPOSITI E I CAPITOLI LOCALI E IL GOVERNO DELLE CASE

[427] Bisogna ora parlare del governo dei singoli Collegi. § 1 Introduzione

Il Preposito, che si dovrà costituire in ciascuna casa, sarà detto «locale»<sup>367</sup>. § 2  
Il Preposito locale

[428] I Prepositi locali saranno eletti in Capitolo generale, con la procedura precedentemente stabilita<sup>368</sup>, e potranno rimanere in carica per tre anni, vale a dire fino al Capitolo successivo. [Trascorsi tre anni dal Capitolo generale, saranno eletti dal Preposito generale con la sua Consulta.]

<sup>365</sup> Can. 630, § 4; 415; 533, § 1, n. 4 [VI ed.].

<sup>366</sup> Mt 25:21.

<sup>367</sup> ‡ Si spiega qui il motivo per cui il Preposito di un Collegio è detto «locale»: l'attributo deriva da *locus*, termine comunemente usato dalle Costituzioni per designare la struttura fondamentale della Congregazione, da noi solitamente tradotto con «casa» (cf. *Glossario*) [N.d.C.].

<sup>368</sup> ‡ Cf. *supra*, c. 10 [N.d.C.].



Verum Praepositus Generalis sub finem cuiuslibet anni, a Capituli tempore inci- piendi, una cum Assistentibus suis consul- tet de novis Praepositis eligendis; et, rebus omnibus circumspectis, ubi visum fuerit, cum eorumdem Assistentium consensu, novos constituat; reliqui vero censeantur confirmati.

Non tamen facile mutandi erunt Prae- positi in loco Novitiorum et in loco ubi sint scholae.

Hi locales Praepositi omnium qui si- bi commissi sunt diligentem curam ger- ant, ex iis maxime quae dicta sunt cum de Praeposito Generali ageremus, pro iis enim Deo rationem reddituri sunt<sup>a</sup>;

sed et Superioribus suis. Atque eo per- fectius rebus quae ad spiritum pertinent vacare poterunt quod in reliqua cura il- lis adiutores non deerunt, ut inferius di- cetur. Studeant vero ipsi in omni disci- plina et quae Constitutionibus et ordi- nibus debetur obtemperazione ceteros anteire, aequalitatis regulam, nisi quate- nus officii necessitas postulet, non egre- dientes.

Omnia servanda, etiam in Collegiis parvis, servari curent: si quid vero diffi- cile videatur, consulant Praepositum **Generalem**.

**Bis aut ter in anno** domum, omnia cubicula et loca, **una cum Discretis (de quibus infra), ex improvviso**

perlustrent, ne quid uspiam desit, vel su- perfluum sit, aut quid contra discipli- nam committatur; commode etiam et di- crete quibusdam propensionibus im- moderatis occurrentes, sive in cubiculis, sive in aliis rebus habendis.

*Verum Praepositus Generalis sub finem cuiuslibet anni, a Capituli tempore inci- piendi, una cum Assistentibus suis consul- tet de novis Praepositis eligendis; et, rebus omnibus circumspectis, ubi visum fuerit, cum eorumdem Assistentium con- sensu, novos constituat; reliqui vero cen- seantur confirmati.*

*Non tamen facile mutandi erunt Prae- positi in loco Novitiorum et in loco ubi sint scholae.*

**429 - Hi locales Praepositi omnium qui sibi commissi sunt diligentem curam ger- ant, ex iis maxime quae dicta sunt cum de Praeposito Generali ageremus, pro iis enim Deo rationem reddituri sunt** (Hebr., XIII, 17),

*sed et Superioribus suis. Atque eo perfec- tius rebus quae ad spiritum pertinent va- care poterunt, quod in reliqua cura illis adiutores non deerunt, ut inferius dice- tur. Studeant vero ipsi in omni disciplina et quae Constitutionibus et ordinibus de- betur obtemperazione ceteros anteire, ae- qualitatis regulam, nisi quatenus officii necessitas postulet, non egredientes.*

**430 - Omnia servanda, etiam in Collegiis parvis, servari curent: si quid vero diffi- cile videatur, consulant Praepositum **Pro- vincialem**.**

**431 - *Frequenter* domum, omnia cubicu- la et loca**

*perlustrent, ne quid uspiam desit vel su- perfluum sit, aut quid contra disciplinam committatur; commode etiam et discrete quibusdam propensionibus immoderatis occurrentes, sive in cubiculis, sive in aliis rebus habendis.*

<sup>a</sup> Hebr. XIII, 17 [Obedite praepositis vestris, et subiacete eis. Ipsi enim pervigilant qua- si rationem pro animabus vestris reddituri].

Tuttavia il Preposito generale alla fine di ogni anno, a partire dal Capitolo, consulterà i suoi Assistenti sull'elezione di nuovi Prepositi; e, considerate tutte le cose, col consenso degli stessi As- sistenti, ne costituirà di nuovi dove dovesse risultare opportuno; gli altri invece saranno considerati confermati.

Tuttavia non si dovrebbero cambiare con troppa facilità i Pre- positi nella casa di noviziato e in quella dove ci sono le scuole.

[429] I Prepositi locali si prenderanno diligente cura di tutti § 3  
quelli che sono stati loro affidati, conformemente a quanto si è Doveri dei Prepositi  
detto soprattutto riguardo al Preposito generale<sup>369</sup>; di loro infatti locali  
dovranno rendere conto a Dio<sup>370</sup>, oltre che ai loro Superiori. E con tanto più impegno si occuperanno delle cose riguardanti lo spiri- to, perché nel resto non mancheranno loro i collaboratori, come si dirà più avanti<sup>371</sup>. Cercheranno di precedere gli altri nella discipli- na e nell'obbedienza che si deve alle Costituzioni e alle delibere capitolari, non scostandosi «mai» dalla regola dell'uguaglianza<sup>372</sup>, se non quando sia richiesto dalle esigenze dell'ufficio.

[430] Anche nei piccoli Collegi faranno in modo che si man- § 4  
tenuta l'osservanza regolare. Se poi qualcosa dovesse sembrare Piccoli Collegi  
difficile, interpelleranno il Preposito generale [provinciale].

[431] Due o tre volte all'anno [Frequentemente] ispezione- § 5  
ranno all'improvviso, insieme con i Discreti (dei quali si dirà<sup>373</sup>), Ispezione della  
[—] la casa, tutte le camere e i locali, al fine di evitare che da casa  
qualche parte manchi qualcosa o ci sia del superfluo, o ci siano comportamenti contrari alla disciplina. Interverranno inoltre con tatto e discrezione nei confronti di eventuali tendenze esagerate, che dovessero manifestarsi nella «tenuta della» camera o in altri settori<sup>374</sup>.

<sup>369</sup> ‡ Cf. *supra*, c. 12 [N.d.C.].

<sup>370</sup> Eb 13:17. ‡ Avevamo incontrato la stessa citazione nel c. 12, § 4 [n. 349] [N.d.C.].

<sup>371</sup> ‡ Cf. *infra*, §§ 10 ss [nn. 436 ss]; c. 18 [19] [N.d.C.].

<sup>372</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 13, §§ 5-7 [nn. 194-195]; l. IV, c. 12, § 20 [n. 363] [N.d.C.].

<sup>373</sup> ‡ Cf. *infra*, § 10 [n. 436] [N.d.C.].

<sup>374</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 12, § 9 [n. 189], dove si fa, tra l'altro, uso degli stessi averbi: *commode et discrete*[N.d.C.].

Diligenter exquirant et agnoscant quomodo unusquisque horas suas collocet, curentque ut omnes ambulent in sapientia tempus redimentes<sup>b</sup>.

Opportunas monitiones publice vel privatim ne praetermittant, maxime si qua in re disciplinam remitti videant; **ut** quod confractum forte sit alligent, quod infirmum consolident<sup>c</sup>:

sumentque saepius ex aliquo Constitutionum loco materiam, prout iudicaverint expedire.

Singulis mensibus de statu Collegii sui et item de personis quibus praesunt, si quid opus sit, **scribant** ad Praepositum **Generalem**, et de iis quae gravia iudicaverint eum consulant: **quod si Provincialis fuerit, ad eum scribere sufficiat.**

Si quis eorum moriatur, reddatur inhabilis vel in crimen incidat, eius Discreti scribant ad Provinciale, **si fuerit, illeque ad Generalem; alioqui illi ad Generalem;**

qui, cum consensu Assistantium, gubernationi Collegii de quo agitur consulat.

Habeat unusquisque Praepositus ex gravioribus Collegii sui quatuor quidem ubi duodecim vocales sint, duos ubi minor numerus, quorum consilio atque etiam opera in administratione sua utatur; iique appellentur Discreti.

In gravioribus vero negotiis convocet Capitulum suum, in quo omnes interveniant qui, secundum ea quae supra constituta sunt, ius suffragii habeant.

**432** - *Diligenter exquirant et agnoscant quomodo unusquisque horas suas collocet, curentque ut omnes ambulent in sapientia tempus redimentes* (Ephes., V, 16; Coloss., IV, 5).

**433** - *Opportunas monitiones publice vel privatim ne praetermittant, maxime si qua in re disciplinam remitti videant; et quod confractum forte sit alligent, quod infirmum consolident* (Ezech., XXXIV, 16):

*sumentque saepius ex aliquo Constitutionum loco materiam, prout iudicaverint expedire.*

**434** - *Singulis mensibus de statu Collegii sui et item de personis quibus praesunt, si quid opus sit, referant ad Praepositum Provinciale*  
*et de iis quae gravia iudicaverint eum consulant.*

**435** - *Si quis eorum moriatur, reddatur inhabilis vel in crimen incidat, eius Discreti scribant ad Provinciale, illeque ad Generalem;*

*qui cum consensu Assistantium, gubernationi Collegii de quo agitur consulat.*

**436** - *Habeat unusquisque Praepositus ex gravioribus Collegii sui quatuor quidem ubi duodecim vocales sint, duos ubi minor numerus, quorum consilio atque etiam opera in administratione sua utatur; iique appellentur Discreti.*

**437** - *In gravioribus vero negotiis convocet Capitulum suum, in quo omnes interveniant qui, secundum ea quae supra constituta sunt, ius suffragii habeant.*

<sup>b</sup> Ephes. V, 16 [*Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt*]; Coloss. IV, 5 [*In sapientia ambulate ad eos, qui foris sunt: tempus redimentes*].

<sup>c</sup> Ezech. XXXIV, 16 [*Quod confractum fuerat alligabo, et quod infirmum fuerat consolidabo*].

[432] Cercheranno di sapere con precisione in che modo ciascuno impieghi il suo tempo, e faranno in modo che tutti si comportino saggiamente, facendo buon uso del tempo<sup>375</sup>.

[433] Non tralasceranno «di fare» opportune ammonizioni in pubblico o in privato, specialmente se vedono che in qualche cosa si sta allentando la disciplina, in modo da lasciare [e fasceranno] ciò che fosse eventualmente ferito e curare [cureranno] ciò che fosse malato<sup>376</sup>. Prenderanno spunto con frequenza da qualche passo delle Costituzioni, a seconda del bisogno.

[434] Ogni mese scriverranno [riferiranno] al Preposito generale [provinciale] sullo stato del loro Collegio come pure sui religiosi da loro governati, se ci fosse bisogno di qualcosa; e lo interpellerranno sulle questioni da loro ritenute importanti. Se ci sarà il Provinciale, basterà scrivere a lui [—].

[435] Se uno di loro muore, è reso inabile o commette un delitto, i suoi Discreti scriveranno al Provinciale, se ci sarà [—], e quello al Generale; altrimenti «scriverranno» loro stessi al Generale [—]. Questi, col consenso degli Assistenti, provvederà al governo del Collegio in questione.

[436] Ciascun Preposito avrà, tra i «religiosi» più autorevoli del Collegio, quattro (dove ci sono dodici vocali) «oppure» due (dove c'è un numero inferiore «di vocali»), del cui consiglio e anche della cui opera si avvarrà nel proprio governo. Costoro saranno chiamati Discreti.

[437] Per gli affari più importanti convocherà il suo Capitolo, al quale interverranno tutti coloro che, secondo quanto precedentemente stabilito<sup>377</sup>, godono del diritto di voto.

<sup>375</sup> Col 4:5; Ef 5:16. ‡ La preoccupazione per il buon uso del tempo è ricorrente nelle Costituzioni: l'avevamo già trovata nel I. II, c. 14, § 4 [n. 200] e c. 15, § 1 [n. 250] [N.d.C.].

<sup>376</sup> Ez 34:16.

<sup>377</sup> ‡ Cf. *supra*, c. 1, § 3 [n. 256] [N.d.C.].

**438 - Si fuerint lites (quae tamen transactionibus, compromissis et similibus remediis terminari et, quantum sine reprehensione laesae Ecclesiae fieri possit, caveri debent), ipse per se vel per alium procuret, et cum Procuratore communicet.**

In eo monendo, si quid opus sit, maior ex Discretis charitatis officium praestet.

Constituatur in unoquoque Collegio Praepositi Vicarius, qui post Praepositum primum locum teneat, Praepositique vices gerat, praesertim eo absente. Quae ad victum, vestitum, officiorum disciplinam et ordinem, et demum ad necessaria communiter vel singulis supeditanda, et ad omnem curam domesticam spectant, ad eius officium pertineant: sed eius curatio intra domesticos parietes tantum contineatur; et de curatione sua frequenter cum Praeposito communicet, maxime in iis quae graviores sunt; et in ea adiuvetur a Discretis.

Quocirca Procurator quoque constituatur, qui foris temporalia omnia procuret. Eius sit cura praediorum, reddituum, creditorum, debitorum. Ad eundem pertineat emere vel quovis modo parare et importanda condendaque curare quae domui necessaria fuerint, prout Vicarius ei praescripserit. Rationes autem **singulis** mensibus reddat Praeposito, Discretis intervenientibus, et praeterea quoque in fine cuiuslibet anni; et item Generali seu Visitoribus in visitatione poscentibus.

**439 - In eo monendo, si quid opus sit, maior ex Discretis charitatis officium praestet.**

**440 - Constituatur in unoquoque Collegio Praepositi Vicarius, qui post Praepositum primum locum teneat, Praepositique vices gerat, praesertim eo absente.**

*Quae ad victum, vestitum, officiorum disciplina[m] et ordinem, et demum ad necessaria communiter vel singulis supeditanda, et ad omnem curam domesticam spectant, ad eius officium pertineant; sed eius curatio intra domesticos parietes tantum contineatur; et de curatione sua frequenter cum Praeposito communicet, maxime in iis quae graviores sunt; et in ea adiuvetur a Discretis.*

**441 - Quocirca Procurator quoque constituatur, qui foris temporalia omnia procuret. Eius sit cura praediorum, reddituum, creditorum, debitorum.**

*Ad eundem pertineat emere vel quovis modo parare et importanda condendaque curare quae domui necessaria fuerint, prout Vicarius ei praescripserit.*

*Rationes autem **alternis** mensibus reddat, ut supra dictum est, Praeposito, Discretis intervenientibus, et praeterea quoque **Praeposito Provinciali** in fine cuiuslibet anni; et item Generali seu Visitoribus in visitatione poscentibus.*

[438 In caso di controversie (che però dovranno essere chiuse <sup>[Controversie]</sup> con transazioni, compromessi o soluzioni del genere e, nella misura in cui si possa fare senza detrimento della Chiesa, evitate), se ne occuperà lui in prima persona o attraverso un altro, e ne tratterà col Procuratore.]<sup>378</sup>

[439 Se mai dovesse presentarsi l'esigenza di ammonirlo, <sup>§ 12</sup> compirà tale dovere di carità il primo dei Discreti<sup>379</sup>. <sup>Ammonizione</sup>

[440 Sarà costituito in ciascun Collegio un Vicario del Preposito, che tenga il primo posto dopo il Preposito e faccia le veci del Preposito, specialmente in sua assenza. <sup>§ 13</sup> <sup>Il Vicario</sup>

Spetterà a lui provvedere al vitto, all'abbigliamento, alla disciplina e all'organizzazione degli uffici e infine al necessario per la comunità e per i singoli e a tutto l'andamento della casa. La sua competenza si estenderà esclusivamente entro le mura domestiche; parlerà frequentemente della sua gestione con il Preposito, soprattutto delle questioni più importanti, e in essa sarà aiutato dai Discreti.

[441 Di conseguenza, sarà costituito anche un Procuratore, <sup>§ 14</sup> che si occuperà dei beni temporali fuori della casa. Si prenderà <sup>Il Procuratore</sup> cura delle proprietà, dei proventi, dei crediti e dei debiti.

Spetterà a lui comprare o in qualsiasi modo procurare ciò che è necessario alla casa, curandone il rifornimento e lo stoccaggio, secondo le indicazioni del Vicario.

Renderà conto al Preposito ogni mese [ogni due mesi, come s'è detto<sup>380</sup>], alla presenza dei Discreti, e inoltre anche [al Preposito provinciale] alla fine di ogni anno; come pure al Generale o ai Visitori che ne facessero richiesta durante la visita.

<sup>378</sup> ‡ Cf. *infra*, § 15, dove però il testo, con una minima variante, è riferito al Cancelliere [N.d.C.].

<sup>379</sup> ‡ Le Costituzioni del 1579 affidano al *maior ex Discretis* il compito che le Costituzioni del 1552 assegnavano al Sindaco. Le *Regulae officiorum* hanno un capitolo "De officio eius qui Superiorem monere debet": ed. 1863, pp. 55-56; ed. 1950, pp. 48-49 [N.d.C.].

<sup>380</sup> ‡ Cf. *supra*, n. 420 [N.d.C.].

Bonorum tamen stabilium venditiones, emptiones, permutationes, emphyteuticae locationes et conductiones, et omnes omnino alienationes vel acquisitiones deferantur ad Praepositum Generalem (vel Provincialem, si fuerit et talem habuerit a Generali facultatem), qui eiusmodi contractuum facultatem concedat.<sup>d</sup>

Fabricari item, instaurari aut dirui aedificia non possint,

sine consensu Capituli localis; et, si de re magni momenti agatur, consulatur Praepositus **Generalis, vel Provincialis**<sup>e</sup>.

Cancellarius praeterea sit, qui instrumentorum, diplomatum et similium scripturarum omnium curam gerat.

**Si fuerint lites (quae tamen transactionibus, compromissis et similibus remediis terminari et, quantum sine reprehensione laesae Ecclesiae fieri possit, caveri debent), ipse procuret, et cum Procuratore communicet.**

Quae in Capitulo agi contigerit, quantum opus sit ipse ordine scribat.

Inventarium bonorum omnium (cum descriptione corporum singulorum et cohaerentium, iurium item omnium, actionum et obligationum tam spiritualium quam temporalium, cum nominibus debitorum et creditorum) distincte atque ordine una cum Procuratore conficiat.

Instrumenta quae ad iura Collegii conservanda pertinent, authentica sibi edi iidem curent: reliquorum omnium commemoratio certo libro fiat.

*Bonorum tamen stabilium venditiones, emptiones, permutationes, emphyteuticae locationes et conductiones, et omnes omnino alienationes vel acquisitiones deferantur ad Praepositum Generalem (vel Provincialem, si talem habuerit a Generali facultatem), qui eiusmodi contractuum facultatem concedat.*

**442 - Fabricari item, instaurari aut dirui aedificia non possint, etiam si opus non fiat Collegii expensis, sine consensu Capituli localis; et, si de re magni momenti agatur, consulatur Praepositus Provincialis, vel etiam Generalis.**

**443 - Cancellarius praeterea sit, qui instrumentorum, diplomatum et similium scripturarum omnium curam gerat.**

*Quae in Capitulo agi contigerit, quantum opus sit ipse ordine scribat.*

*Inventarium bonorum omnium (cum descriptione corporum singulorum et cohaerentium, iurium item omnium, actionum et obligationum tam spiritualium quam temporalium, cum nominibus debitorum et creditorum) distincte atque ordine una cum Procuratore conficiat.*

*Instrumenta quae ad iura Collegii conservanda pertinent authentica sibi edi iidem curent: reliquorum omnium commemoratio certo libro fiat.*

<sup>d</sup> Quandonam requiratur licentia Apostolicae Sedis explicatur in *Commentario*, § 109.

<sup>e</sup> **Declaratio.** «Decretum Constitutionum hisce verbis contentum: *Fabricari, instaurari, dirui aedificia non possint sine consensu Capituli*, declaratur perinde valere etiamsi opus non fiat Collegii expensis.»

Tuttavia la vendita, l'acquisto, la permuta, la locazione e la conduzione di beni immobili, anzi tutte le alienazioni o le acquisizioni saranno demandate al Preposito generale (o al Provinciale, se ci sarà e [—] avrà ottenuto tale facoltà dal Generale), al quale spetta concedere l'autorizzazione per tali contratti<sup>381</sup>.

[442] Così pure non potranno fabbricare, ristrutturare o demolire immobili, [anche se i lavori non sono a spese del Collegio] senza il consenso del Capitolo locale; e, se si tratta di interventi di un certo rilievo, interpellerà il Preposito generale o il Provinciale<sup>382</sup> [provinciale, o anche il Generale].

[443] Ci sarà inoltre un Cancelliere, che si prenderà cura dei documenti, degli atti ufficiali e di tutte le altre scritture.

In caso di controversie (che però dovranno essere chiuse con transazioni, compromessi o soluzioni del genere e, nella misura in cui si possa fare senza detrimento della Chiesa, evitate), se ne occuperà lui e ne tratterà col Procuratore [⇒ n. 438].

Sarà lui a verbalizzare i punti principali di quanto trattato in Capitolo.

Preparerà, insieme col Procuratore, l'inventario dettagliato e sistematico di tutti i beni (con la descrizione delle singole voci e degli annessi, come pure di tutti i diritti, delle attività e delle passività tanto spirituali quanto temporali, con i nomi dei debitori e dei creditori).

I medesimi<sup>383</sup> avranno cura che i documenti necessari per salvaguardare i diritti del Collegio siano forniti loro in originale; di tutti gli altri si farà menzione in un libro specifico.

<sup>381</sup> Quando si richieda la licenza della Sede Apostolica viene spiegato nel *Commentarium*, § 109 [IV ed.].

<sup>382</sup> **Dichiarazione.** «Si dichiara che quanto stabilito dalle Costituzioni con le seguenti parole: “Non potranno fabbricare, ristrutturare o demolire immobili, senza il consenso del Capitolo” conserva il suo valore anche se i lavori non sono a spese del Collegio» [IV ed. ⇒ n. 442].

<sup>383</sup> ‡ Vale a dire, il Cancelliere e il Procuratore [N.d.C.].



Edicta publica quae aliquo modo ad Collegium pertinere possunt, comparet et asservet.

Notet praeterea idem Cancellarius quaecumque notatu digna et ad Collegium pertinentia occurrent, puta ecclesiarum vel altarium consecrationes, ordinationes Clericorum et alia item, licet non tanti momenti.

Eiusmodi scripturas omnes in archivio asservet, et ipse illius curam gerat.

Hunc vero<sup>f</sup> et Discretos eligat Praepositus localis cum Capitulo suo.

Ad officium vero Vicarii ipse eligat duos mittatque **Generali, seu Provinciali, si fuerit**, ad alterum eorum approbandum<sup>g</sup>.

In electione autem Procuratoris, cum iudicetur gravissimum esse huiusmodi officium tum ob pecuniae tractationem tum ob eius necessariam in possessionibus commorationem (cuius rationem, vitam quoque, ministri possessionum speculari debent), id servetur ut Procuratoris nominatio post electum Vicarium et ante alias electiones a Capitulo locali quidem fiat, sed nomina a Praeposito mittantur ad Praepositum **Generalem** ut unum ex eis eligat cum Patrum **Assistentium** consensu, ita tamen ut secreto habeatur quot nominationibus unusquisque in Capitulo fuerit nominatus<sup>b</sup>.

*Edicta publica quae aliquo modo ad Collegium pertinere possunt, comparet et asservet.*

*Notet praeterea idem Cancellarius quaecumque notatu digna et ad Collegium pertinentia occurrent, puta ecclesiarum vel altarium consecrationes, ordinationes Clericorum et alia item, licet non tanti momenti.*

*Eiusmodi scripturas omnes in archivio asservet, et ipse illius curam gerat.*

**444 - Hunc vero et Discretos eligat Praepositus localis cum Capitulo suo.**

*Ad officium vero Vicarii ipse eligat duos mittatque **Provinciali**, ad alterum eorum approbandum.*

*In electione autem Procuratoris, cum iudicetur gravissimum esse huiusmodi officium tum ob pecuniae tractationem tum ob eius necessariam in possessionibus commorationem (cuius rationem, vitam quoque, ministri possessionum speculari debent), id servetur ut Procuratoris nominatio post electum Vicarium et ante alias electiones a Capitulo locali quidem fiat, sed nomina a Praeposito mittantur ad Praepositum **Provinciale** ut unum ex eis eligat cum Patrum **Consultorum** consensu, ita tamen ut secreto habeatur quot nominationibus unusquisque in Capitulo fuerit nominatus.*

**Quod si Praepositus Provincialis sit etiam localis, tum electio Vicarii et Procuratoris remittenda est Praeposito Generali.**

<sup>f</sup> Haec Constitutiones anni 1579 addunt: *et Procuratorem*. Quare haec verba omisa fuerint in posterioribus editionibus ex inferius dicendis patebit.

<sup>g</sup> Verba quae sequuntur usque ad illa — *Et ii omnes* — exclusive, desunt in editione anni 1579, quia haec dispositio circa electionem Procuratoris addita fuit, *tamquam Constitutio*, a Capitulis Generalibus annis 1591, 1593, 1596 celebratis.

<sup>b</sup> Ex praxi pluries saeculari et ex regulis Praepositi Provincialis, ad hunc, post divisam in Provincias Congregationem, mittuntur nominationes ut, cum sua Consultatione, eligat unum ex nominatis, nisi ipse sit etiam Praepositus localis, et de Procuratore sui Collegii agatur; quo in casu standum est Constitutionibus.

Si procurerà e conserverà le pubblicazioni che in qualche modo possono riguardare il Collegio.

Il medesimo Cancelliere inoltre annovererà qualsiasi avvenimento degno di nota riguardante il Collegio, come per esempio la consecrazione delle chiese e degli altari, le ordinazioni dei chierici come pure altri eventi, anche se non di grande rilievo.

Conserverà tutte queste scritture nell'archivio, di cui lui stesso si prenderà cura.

[444] Il Cancelliere<sup>384</sup> e i Discreti saranno eletti dal Preposito locale insieme con il suo Capitolo.

Per l'ufficio di Vicario il Preposito locale scelga due nomi e li mandi al Generale, o al Provinciale, se ci sarà [Provinciale], per l'approvazione di uno dei due<sup>385</sup>.

Per l'elezione del Procuratore, essendo tale ufficio estremamente delicato sia per il maneggio del denaro sia per l'inevitabile soggiorno nelle proprietà (dove i lavoratori necessariamente osserveranno il suo stile di vita) si seguirà il seguente criterio: la designazione del Procuratore sarà fatta, sì, dal Capitolo locale, dopo l'elezione del Vicario e prima delle altre elezioni, ma i nomi saranno inviati dal Preposito «locale» al Preposito generale [provinciale], perché ne scelga uno col consenso dei Padri Assistenti [Consultori], di modo che, tuttavia, rimanga segreto il numero di voti che ciascuno ha riportato in Capitolo<sup>386</sup>.

[Se il Preposito provinciale è anche «Preposito» locale, allora l'elezione del Vicario e del Procuratore deve essere rimessa al Preposito generale].

<sup>384</sup> Qui le Costituzioni del 1579 aggiungono: «e il Procuratore». Per quale motivo queste parole siano state omesse nelle edizioni seguenti risulterà chiaro da quanto si dirà più avanti [IV ed.].

<sup>385</sup> Le parole che seguono, fino a quelle «Tutti costoro» escluse, mancano nell'edizione dell'anno 1579, poiché questa disposizione circa l'elezione del Procuratore fu aggiunta, *tamquam Constitutio*, dai Capitoli generali celebrati negli anni 1591, 1593 e 1596 [IV ed.].

<sup>386</sup> Secondo la prassi plurisecolare e le regole del Preposito provinciale, le designazioni, dopo la divisione della Congregazione in Province, vengono inviate a questo [§ *scil.* al Preposito provinciale, *N.d.C.*], perché scelga uno dei designati insieme con la sua Consulta, a meno che egli non sia anche Preposito locale, e si tratti del Procuratore del suo Collegio; nel qual caso bisogna stare alle Costituzioni [IV ed. ⇒ n. 444].

Et ii omnes sint vocales.  
Singulis vero annis de iis mutandis vel confirmandis eodem modo agatur.  
Haec autem officia omnia, licet finito anni cursu, apud eosdem sint donec nova electio facta fuerit.  
Idem dictum sit de officio Praepositorum, nisi cum in Capitulo Generali officium deponant, ex superius constitutis.

Spectetur vero in eiusmodi electione num prudentiae, industriae rerumque agendarum peritiae satis sit iis qui ad talia officia eligendi sunt: spectetur etiam valetudo et corporis habitudo ad labores suscipiendos, in iis praesertim qui in rerum domesticarum cura foris versari debent, et, quod caput est, num ii tales sint qui in rebus agendis sine suo vel aliorum scandalo versari possint. Qui quidem, quantum fieri possit, mercatibus, foris, tribunalibus, publicisque eiusmodi locis abstineant; curantes potius, quantum res patiat, aliorum opera uti, etiam si id fortasse contra utilitatem quandoque esse videatur. Cum vero in iis versari necesse erit, ne tamen divisos, ut Apostolus ait<sup>1</sup>, se praestent, sed a Domino non disiungantur; et in omnibus ita modestiae studeant, ita a saecularibus moribus, cupiditate, calumniis, aut iuris apicibus alienos se demonstrent, ut aliis semper aedificationi sint, non scandalo; quam rem Praepositi curae specialiter etiam assignamus.

Pecuniae cuiusvis generis in arca asserventur commodo loco habenda; cuius duae claves, una apud Praepositum vel quem ipse voluerit (qui et ipse rationes de pecuniis conficiat), altera sit apud Procuratorem.

**445** - *Et ii omnes sint vocales. Singulis vero annis de iis mutandis vel confirmandis eodem modo agatur. Haec autem officia omnia, licet finito anni cursu, apud eosdem sint donec nova electio facta fuerit.*  
**446** - *Idem dictum sit de officio Praepositorum, nisi cum in Capitulo Generali officium deponant, ex superius constitutis.*

**447** - *Spectetur vero in eiusmodi electione num prudentiae, industriae rerumque agendarum peritiae satis sit iis qui ad talia officia eligendi sunt; spectetur etiam valetudo et corporis habitudo ad labores suscipiendos, in iis praesertim qui in rerum domesticarum cura foris versari debent, et, quod caput est, num ii tales sint qui in rebus agendis sine suo vel aliorum scandalo versari possint. Qui quidem, quantum fieri possit, mercatibus, foris, tribunalibus, publicisque eiusmodi locis abstineant; curantes potius, quantum res patiat, aliorum opera uti, etiam si id fortasse contra utilitatem quandoque esse videatur. Cum vero in iis versari necesse erit, ne tamen divisos, ut Apostolus ait (I Cor., VII, 33), se praestent, sed a Domino non disiungantur; et in omnibus ita modestiae studeant, ita a saecularibus moribus, cupiditate, calumniis, aut iuris apicibus alienos se demonstrent, ut aliis semper aedificationi sint, non scandalo; quam rem Praepositi curae specialiter etiam assignamus.*

**448** - *Pecuniae cuiusvis generis in arca asserventur commodo loco habenda; cuius duae claves, una apud Praepositum vel quem ipse voluerit (qui et ipse rationes de pecuniis conficiat), altera sit apud Procuratorem.*

<sup>1</sup> I Cor. VII, 33 [Et divisus est].

[445] Tutti costoro saranno vocali.  
Ogni anno, per la loro sostituzione o conferma, ci si comporrà allo stesso modo.  
Tutti questi incarichi, anche dopo la scadenza annuale, continueranno a essere esercitati dalle stesse persone finché non si farà una nuova elezione.  
[446] Lo stesso dicasi dell'ufficio dei Prepositi, eccetto quando depongono la carica in Capitolo generale, secondo quanto precedentemente stabilito<sup>387</sup>.

[447] Nello scegliere i responsabili di tali uffici si valuterà se abbiano sufficiente prudenza, spirito di iniziativa, competenza nel proprio settore; si valuterà pure la salute e l'idoneità fisica all'attività da svolgere, soprattutto in coloro che, per la gestione della cassa, devono trattenersi fuori; e, quel che più conta, «si valuterà» se questi possano attendere alle loro mansioni senza proprio o altrui scandalo. In ogni caso, costoro, nei limiti del possibile, eviteranno i mercati, le piazze, i tribunali e altri luoghi pubblici del genere; e cercheranno piuttosto, per quanto lo permetta la situazione, di servirsi dell'opera di altri, anche se talvolta questo dovesse rivelarsi svantaggioso. Quando però dovesse essere necessario frequentarli, non si mostreranno divisi, come dice l'Apostolo<sup>388</sup>, e non si separeranno dal Signore; e in tutto si conserveranno così moderati, così alieni dai costumi mondani, dalla cupidigia, dalle calunnie, o dalle sottigliezze del diritto, da essere sempre di edificazione agli altri, non di scandalo. Affidiamo ciò alla speciale attenzione dei Prepositi.

[448] Il denaro di qualsiasi genere sarà conservato nella cassa, da tenersi in un luogo adatto. Di questa ci saranno due chiavi: una presso il Preposito o presso uno da lui scelto (che terrà, anche lui, la contabilità), e l'altra presso il Procuratore.

§ 17  
Durata del mandato dei singoli uffici

§ 18  
Requisiti

§ 19  
Cassa

<sup>387</sup> † Cf. *supra*, c. 5, § 1 [n. 278] [N.d.C.].

<sup>388</sup> 1 Cor 7:34. † La Volgata considerava il testo parte del v. 33 [N.d.C.].

DE RELIQUIS OFFICIIS  
SEU MINISTERIIS COLLEGIORUM.  
CAPUT XVIII.

Praeter principalia officia de quibus supra egimus, alia **quoque** in unoquoque Collegio necessaria sunt, quae, ut omnia ordine fiant<sup>a</sup>, certis personis committi solent et debent.

Primo namque aegrotorum curationi aliquis praeficiendus est, qui charitate, diligentia assiduitateque eiusmodi munus recte exercere possit; iis praeterea sit corporis viribus ut aegrotis in necessitatibus suis quocumque tempore praesto esse possit. Quod si unus non sufficiat, plures erunt ei officio destinandi. Sit etiam ea in infirmorum cibis et medicinis parandis peritia ut aegrotis, prout opus fuerit, satisfacere valeat. Hic infirmis obsequia praestet perinde ut ipsi Christo; dixit enim: *Infirmus (eram), et visitastis me;* item: *Amen dico vobis, quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis*<sup>b</sup>;

quae verba infirmorum ministro cordi esse perpetuo debebunt. Quin, etsi forte aegrotus quandoque aliquo modo molestum se aut difficilem praestet, patienter ferre debet; cum inde maius praemium sit consecuturus.

Alicui praeterea ex Patribus ea cura a Capitulo mandanda erit ut de iis quae ad hanc curam pertinent diligenter cognoscat, animadvertat an infirmorum ministri omnia quae ad officium suum pertinent recte praestent, et an quidquam infirmis desit, omnique charitatis officio, quantum possit, curationem infirmorum prosequatur.

CAPUT XIX  
DE RELIQUIS OFFICIIS  
SEU MINISTERIIS COLLEGIORUM

**449** - Praeter principalia officia de quibus supra egimus, **etiam** alia in unoquoque Collegio necessaria sunt, quae, ut omnia ordine fiant (I Cor., XIV, 40), certis personis committi solent et debent.

*Primo namque aegrotorum curationi aliquis praeficiendus est, qui charitate, diligentia assiduitateque eiusmodi munus recte exercere possit; iis praeterea sit corporis viribus ut aegrotis in necessitatibus suis quocumque tempore praesto esse possit. Quod si unus non sufficiat, plures erunt ei officio destinandi. Sit etiam ea infirmorum cibis et medicinis parandis peritia ut aegrotis, prout opus fuerit, satisfacere valeat. Hic infirmis obsequia praestet perinde ut ipsi Christo; dixit enim: Infirmus (eram), et visitastis me; item: Amen dico vobis, quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis* (Matth., XXV, 36 et 40);

*quae verba infirmorum ministro cordi esse perpetuo debebunt. Quin, etsi forte aegrotus quandoque aliquo modo molestum se aut difficilem praestet, patienter ferre debet; cum inde maius praemium sit consecuturus.*

**450** - Alicui praeterea ex Patribus ea cura a Capitulo mandanda erit ut de iis quae ad hanc curam pertinent diligenter cognoscat, animadvertat an infirmorum ministri omnia quae ad officium suum pertinent recte praestent, et an quidquam infirmis desit, omnique charitatis officio, quantum possit, curationem infirmorum prosequatur.

<sup>a</sup> I Cor. XIV, 40 [Omnia autem honeste et secundum ordinem fiant].

<sup>b</sup> Matth. XXV, 36 et 40.

Capitolo 18 [19]  
GLI ALTRI UFFICI O INCARICHI DEI COLLEGI

[449] Oltre gli uffici principali, di cui abbiamo precedentemente trattato<sup>389</sup>, **altri pure** [anche altri] ne sono necessari in ogni Collegio, che sogliono e debbono essere affidati a determinate persone, perché tutto si svolga con ordine<sup>390</sup>.

§ 1  
Altri uffici

Innanzitutto bisogna destinare alla cura degli infermi uno che possa esercitare bene tale incarico con carità, impegno e costanza, e inoltre abbia il vigore fisico per poter essere a disposizione degli ammalati nelle loro necessità in qualunque momento. Se uno non dovesse bastare, bisognerà destinare a questo ufficio più «persone». Avrà anche quella competenza nel preparare i cibi e le medicine per gli infermi che possa essere di valido aiuto agli ammalati, secondo il bisogno. Costui userà verso gli infermi lo stesso riguardo che «userebbe» con Cristo; disse infatti: *Ero malato e mi avete visitato; come pure: In verità io vi dico, tutto quello che avete fatto a uno solo di questi miei fratelli più piccoli, l'avete fatto a me*<sup>391</sup>. Un infermiere dovrebbe sempre tenere a mente tali parole. Se poi talvolta il malato dovesse mostrarsi in qualche modo fastidioso o intractabile, dovrà sopportarlo pazientemente; e in tal modo sarà meritevole di un premio maggiore.

§ 2  
Infermiere/i

[450] Inoltre il Capitolo dovrà affidare a uno dei Padri il compito di tenersi costantemente informato su ciò che riguarda la cura degli infermi, controllare se gli infermieri svolgano correttamente il loro ufficio, e se gli infermi abbiano bisogno di qualcosa, e occuparsi della cura degli infermi, per quanto possibile, con tutta l'attenzione suggerita dalla carità.

§ 3  
Prefetto degli infermi

<sup>389</sup> † Cf. *supra*, c. 17 [18], dove si tratta degli «incarichi di governo» della casa: Preposito locale, Discreti, Vicario, Procuratore e Cancelliere. Il presente capitolo, invece, tratta dei *ministeria*, vale a dire degli «incarichi di servizio». Il c. 19 [20] chiama gli uffici di cui al c. 17 [18] *officia maiora*, quelli del presente capitolo *officia minora* [N.d.C.].

<sup>390</sup> 1 Cor 14:40. † Si tratta della stessa citazione con cui si aprono le Costituzioni (I, c. 1, § 1 [n. 1]): una specie di inclusione che dà un senso unitario alla stesura delle Costituzioni [N.d.C.].

<sup>391</sup> Mt 25:36.40.

Sed et Praepositi et Vicarii charitas eisdem nullo modo desit; quin libenter et cito medicos, pro necessitate, accersiri et ea omnia parari curent quae ad eorum medicamenta et curationem ministeriaque circa eos adhibenda pertinebunt; illud etiam, praeter modo dicta, memoria tenentes: *Prout vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis similiter*.

Eorum igitur omnino talem curam gerant ut ad morbum ea etiam afflictio iacentibus non accedat destitui se opportunis remediis, recordationeque et desiderio opportunitatum fortasse in saeculo relictarum non perturbentur, et ita corpori et animae detrimentum afferatur.

Sed et ipsi aegroti memores sint amore Dei sibi ministrari, morbosque ab homine christiano, praesertim regulari, patienter ferendos; et ideo ministros morositate vel nimium flagitando conturbandos non esse; imo fratres patientiae exemplo aedificandos.

Iidem eorum quoque curam gerent qui, licet aegroti non sint, tamen, vel ob ingravescentem aetatem vel ob aliquod morbi genus vel ob stomachi aut quamcumque corporis imbecillitatem, communem vivendi rationem in omnibus ferre non possunt.

Aliquis etiam vel plures, prout opus sit, eligendi erunt qui ad fores assistant, aperientes et claudentes. Atque haec curatio parvipendenda non est; nam multum refert quali fide sit qui ianuam custodit, quali etiam modestia et patientia; ne forte hominibus non satis firmi iudicii scandalum iniiciatur, si quid forte liberius vel acerbe responsum sit.

**451** - *Sed et Praepositi et Vicarii charitas eisdem nullo modo desit; quin libenter et cito medicos, pro necessitate, accersiri et ea omnia parari curent quae ad eorum medicamenta et curationem ministeriaque circa eos adhibenda pertinebunt; illud etiam, praeter modo dicta, memoria tenentes: Prout vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis similiter* (Luc., VI, 31).

*Eorum igitur omnino talem curam gerant ut ad morbum ea etiam afflictio iacentibus non accedat destitui se opportunis remediis, recordationeque et desiderio opportunitatum fortasse in saeculo relictarum non perturbentur, et ita corpori et animae detrimentum afferatur.*

**452** - *Sed et ipsi aegroti memores sint amore Dei sibi ministrari, morbosque ab homine christiano, praesertim regulari, patienter ferendos; et ideo ministros morositate vel nimium flagitando conturbandos non esse; imo fratres patientiae exemplo aedificandos.*

**453** - *Iidem eorum quoque curam gerent qui, licet aegroti non sint, tamen, vel ob ingravescentem aetatem vel ob aliquod morbi genus vel ob stomachi aut quamcumque corporis imbecillitatem, communem vivendi rationem in omnibus ferre non possunt.*

**454** - *Aliquis etiam vel plures, prout opus sit, eligendi erunt qui ad fores assistant, aperientes et claudentes. Atque haec curatio parvipendenda non est; nam multum refert quali fide sit qui ianuam custodit, quali etiam modestia et patientia; ne forte hominibus non satis firmi iudicii scandalum iniiciatur, si quid forte liberius vel acerbe responsum sit.*

<sup>†</sup> Luc. VI, 31.

[451] Ma anche il Preposito e il Vicario non dovranno essere in alcun modo privi di carità verso gli infermi. Al bisogno, manderanno a chiamare, di buon grado e con tempestività, i medici, e procureranno tutto il necessario per la terapia, la cura e l'assistenza da riservare loro; tenendo a mente, oltre quanto appena detto, quel passo: *Come volete che gli uomini facciano a voi, così anche voi fate a loro*<sup>392</sup>. Faranno perciò attenzione, che quanti sono ammalati non abbiano la minima sensazione di essere privati delle cure più adeguate e non siano sfiorati dal ricordo e dal desiderio delle eventuali opportunità che avrebbero avuto nel mondo, arrecaando in tal modo danno al corpo e all'anima.

§ 4  
Le responsabilità  
del Preposito e del  
Vicario verso i  
malati

[452] Ma anche gli ammalati dovranno ricordare che ci si prende cura di loro per amore di Dio; che le malattie vanno sopportate pazientemente da un cristiano, a maggior ragione da un religioso; e perciò non bisogna importunare gli incaricati con lamenti ed eccessive pretese; anzi, bisogna edificare i fratelli con l'esempio della pazienza.

§ 5  
Raccomandazione  
agli ammalati

[453] I medesimi «incaricati» si prenderanno cura anche di quanti, sebbene non ammalati, tuttavia, o per l'età avanzata o per qualche tipo di disturbo o per una indisposizione dello stomaco o per un qualsiasi altro acciacco, non sono in grado di sostenere, in tutti i suoi aspetti, la vita comune.

§ 6  
Gli indisposti

[454] Bisognerà scegliere uno o più «religiosi», a seconda delle necessità, che stiano alla porta, per aprire e chiudere. Tale responsabilità non è da sottovalutare; infatti è molto importante che chi sorveglia la porta sia persona di fiducia, e inoltre che sia calmo e paziente; per non scandalizzare le persone di labile giudizio, se si risponde con una certa libertà o asprezza.

§ 7  
I portinai

<sup>392</sup> Lc 6:31.



Hospitum quoque excipiendorum munus, si forte id contingat, idoneae personae erit mandandum; qui quidem, neque sine consensu Superioris, et secundum paupertatis statum, benigne excipiantur: imprimisque in eiusmodi munere id spectetur ut bonum exemplum praebeatur et consulatur salutis animarum.

Nemo tamen accipiat qui in domo nostra fortasse, quietis vel spiritualis progressus gratia, habitare cuperet.

Rei vestiariae et linteariae, penoris item, sive eorum quae ad esum sive quae ad potum pertinent, item sumptuum minutatim faciendorum, cura certis personis mandanda erit; qui quidem postremus Procuratori quotidie fere rationes reddat.

Atque hos omnes, et si qui alii sunt praeficiendi, Praepositus ipse sive ex Conversis sive ex aliis eligat cum consilio Discretorum suorum, illud semper intuens ut tamquam bonus artifex ad quemque usum apta adhibeat instrumenta, Conversos praecipue ad ea officia applicans quae manuum exercitium requirunt,

**ceteris** Clericos.

Cum animarum sit curator, illarum salutis praecipue habeat rationem; et, cum Congregationi prospicere illius officii sit, curet quoque in omnibus consilia sua ad illius utilitatem in Domino accommodare.

Retineatur quoque illud nostrum institutum ut quilibet, quicumque is sit, certis domesticis et vilibus ministeriis vicissim fungatur.

Quibus in rebus omnibus virium, habitudinis, valetudinis, aetatis ratio habeatur (et item quibus quisque occupationibus sit implicatus), secundum charitatis normam, et prout in Domino melius et utilius esse appareat.

*455 - Hospitum quoque excipiendorum munus, si forte id contingat, idoneae personae erit mandandum; qui quidem, neque sine consensu Superioris, et secundum paupertatis statum, benigne excipiantur: imprimisque in eiusmodi munere id spectetur ut bonum exemplum praebeatur et consulatur salutis animarum.*

*Nemo tamen accipiat qui in domo nostra fortasse, quietis vel spiritualis progressus gratia, habitare cuperet.*

*456 - Rei vestiariae, penoris item, sive eorum quae ad esum sive quae ad potum pertinent, item sumptuum minutatim faciendorum cura certis personis mandanda erit; qui quidem postremus Procuratori quotidie fere rationes reddat.*

*457 - Atque hos omnes, et si qui alii sunt praeficiendi, Praepositus ipse sive ex Conversis sive ex aliis eligat cum consilio Discretorum suorum, illud semper intuens ut tamquam bonus artifex ad quemque usum apta adhibeat instrumenta, Conversos praecipue ad ea officia applicans quae manuum exercitium requirunt,*

*ad cetera* Clericos.

*Cum animarum sit curator, illarum salutis praecipue habeat rationem; et, cum Congregationi prospicere illius officii sit, curet quoque in omnibus consilia sua ad illius utilitatem in Domino accommodare.*

*458 - Retineatur quoque illud nostrum institutum ut quilibet, quicumque is sit, certis domesticis et vilibus ministeriis vicissim fungatur.*

*459 - Quibus in rebus omnibus virium, habitudinis, valetudinis, aetatis ratio habeatur (et item quibus quisque occupationibus sit implicatus), secundum charitatis normam, et prout in Domino melius et utilius esse appareat.*

[455] Qualora si rendesse necessario, si dovrà affidare a persona idonea anche il compito di accogliere gli ospiti. Questi saranno accolti amabilmente, ma non senza il permesso del Superiore e con uno stile di povertà. Innanzi tutto, in tale compito ci si sforzerà di dare il buon esempio e ci si preoccuperà del bene delle anime.

Non si ospiterà tuttavia nessuno che desiderasse abitare in casa nostra alla ricerca di quiete o di esperienze spirituali.

[456] Bisognerà affidare a determinate persone la responsabilità dei vestiti e della biancheria [—], come pure dei viveri, sia per quanto riguarda il cibo che le bevande, come pure delle piccole spese quotidiane; quest'ultimo renderà conto al Procuratore pressoché ogni giorno.

[457] Tutti costoro, e altri eventuali incaricati, saranno scelti direttamente dal Preposito, sentito il parere dei suoi Discreti, o fra i conversi o fra gli altri, avendo sempre di mira, come un buon artista, di usare gli strumenti adatti per ciascuna esigenza, destinando i conversi soprattutto agli uffici di carattere manuale, i chierici agli altri.

Essendo responsabile delle anime, «il Preposito» terrà conto in primo luogo del loro bene spirituale; e, essendo suo dovere avere di mira il bene della Congregazione, si preoccuperà anche di adeguare, in Domino, le proprie decisioni in tutto al bene di essa.

[458] Si conserverà pure l'usanza per cui tutti, senza distinzioni, svolgano, a turno, i servizi più umili della casa<sup>393</sup>.

[459] In tutte queste cose si terrà conto delle forze, della costituzione fisica, della salute, dell'età (come pure degli impegni di ciascuno), secondo la regola della carità, e nella misura in cui sembri meglio e più vantaggioso in Domino.

§ 8  
Il Prefetto degli ospiti

§ 9  
Il guardarobiere, il dispensiere e lo spenditore

§ 10  
Scelta degli incaricati

§ 11 Disponibilità ai servizi più umili

§ 12  
Criteri di scelta

<sup>393</sup> ‡ Cf. *supra*, l. I, c. 4, § 9 [n. 39] [N.d.C.].

DE OMNIUM OFFICIIS  
FUSIUS DESCRIBENDIS.  
CAPUT XIX.

Haec ita de officiis omnibus constituisse hoc quidem libro sufficiat. **Ceterum**, ut omnia optima, quantum fieri poterit, ratione **ordinentur**, officia maiora et minora, **prout Capitulum Generale expedire iudicaverit, fusius describantur et articulatim distinguantur**; ut minus unusquisque in gubernatione vel curatione sua haesitet, eamque faciliorem sentiat magisque expeditam. **Eligat vero idem Capitulum Generale qui eiusmodi descriptionem conficiant, et, confectam, ad suam revocet approbationem.**

CONSTITUTIONUM FINIS.

CAPUT XX  
DE OMNIUM OFFICIORUM  
REGULIS

**460 - Haec ita de officiis omnibus constituisse hoc quidem libro sufficiat. Ut tamen omnia optima, quantum fieri potest, ratione ordinata sint, officia maiora et minora auctoritate Capitulum Generalium fusius descripta habentur, ut minus unusquisque in gubernatione vel curatione sua haesitet, eamque faciliorem sentiat magisque expeditam. Si quae, mutatis temporis conditionibus, mutanda videantur, provideat Capitulum Generale.**

Capitolo 19 [20]  
LA GUIDA DETTAGLIATA DEGLI UFFICI DI TUTTI  
[IL REGOLAMENTO DI TUTTI GLI UFFICI]

[460] È sufficiente in questa sede aver fissato tali punti a proposito degli uffici. Per il resto [Tuttavia], perché tutto sia [fosse] ordinato, per quanto potrà [possa] avvenire, in modo ottimale, gli uffici maggiori e minori<sup>394</sup>, nella misura in cui il Capitolo generale riterrà opportuno, saranno descritti più dettagliatamente e distinti in maniera articolata [sono stati descritti più dettagliatamente per autorità del Capitolo generale]. In tal modo nessuno esiterà nel suo incarico di governo o di servizio, e lo sentirà più agevole e meno pesante. Lo stesso Capitolo generale sceglierà chi dovrà preparare tale guida e, una volta preparata, ne riserverà a sé l'approvazione [Se qualcosa, mutate le condizioni dei tempi, dovesse sembrare da modificare, provvederà il Capitolo generale]<sup>395</sup>.

§ 1  
"Regulae  
officiorum"

FINE DELLE COSTITUZIONI [—]

<sup>394</sup> ‡ Gli *officia maiora* sono quelli riguardanti il governo della casa, di cui si tratta nel c. 17 [18] (Preposito locale, Discreti, Vicario, Procuratore e Cancelliere); gli *officia minora* sono i *ministeria*, di cui si tratta nel c. 18 [19] (infermieri, prefetto degli infermi, portinai, prefetto degli ospiti, guardarobiere, dispensiere, spenditore) [N.d.C.].

<sup>395</sup> ‡ Le regole di ciascun ufficio vennero progressivamente approvate e pubblicate tra Cinque- e Seicento; il Capitolo generale del 1850 ne decretò una revisione; quello del 1853 ne dispose la pubblicazione; nel 1855 videro la luce le *Regulae officiorum quae apud Clericos Regulares S. Paulli ad universae Congregationis atque Provinciarum regimen referuntur*, Romae, ex Typis Salviuccianis (riguardanti gli uffici di Congregazione: Preposito generale, Assistenti, Visitatori, Procuratore generale, Cancelliere del Generale, Preposito provinciale, Consultori del Provinciale, Cancelliere del Provinciale); nel 1863 furono pubblicate le *Regulae officiorum quae apud Clericos Regulares S. Paulli ad diversa sacerdotum munia in unoquoque Collegio ex Constitutionibus obeunda referri possunt*, Mediolani, Typis Archiepiscopalibus Hermenegildi Besozzi in Officina Boniardi-Pogliani (riguardanti gli uffici di comunità); il Capitolo generale del 1919 ne prescrisse una revisione, a seguito della pubblicazione del Codice di diritto canonico (1917). Nel frattempo avevano visto la luce le *Regulae officiorum in Ephebeis apud Clericos Regulares Sancti Pauli*, Romae, Typis A. Befani, 1892 (contenenti le regole per il Rettore, il Vicerettore, il Direttore spirituale e i docenti di scuole e convitti). Nel 1950 fu pubblicata a Roma una nuova edizione delle *Regulae officiorum quae apud Clericos Regulares S. Paulli ad diversa sacerdotum munia in unoquoque Collegio ex Constitutionibus obeunda referri possunt*, comprendente anche gli uffici dei Collegi e l'ufficio di Parroco. — Già il Capitolo generale del 1582 aveva deliberato la stesura delle *Regole dei fratelli conversi*; queste furono approvate il 28 luglio dello stesso anno dal Padre Generale Tornielli e il 1° settembre successivo furono inviate manoscritte a tutti i Collegi; furono pubblicate per la prima volta a Milano nel 1589 e ristampate successivamente più volte con lievi ritocchi; il Capitolo generale del 1880 ne dispose una nuova edizione, completamente rifusa, accresciuta e adeguata alle nuove esigenze, che fu poi pubblicata nel 1881 (Roma, Tipografia Letteraria); nel 1886 ne fu pubblicata la traduzione francese; un'ulteriore nuova edizione si rese necessaria dopo la promulgazione del Codice di diritto canonico e vide la luce a Roma nel 1945, con presentazione del Padre Generale Idelfonso Clerici [N.d.C.].

## CANONES POENITENTIALES

Quamvis poenitentiarum animadversionumque ratio, testimonio sanctorum Patrum, pro culparum varietate, facti cuiusque conditione et circumstantiis, ea sit ut arbitrio et iudicio Superiorum relinquendae magna ex parte videantur, neque certus modus poenitentiae cuique culpae nominatim assignari possit; aliquem tamen modum, quatenus fieri posset, saltem generaliter, hac in re praefinire utile visum est.

Itaque, praeter aliquas poenas quae in Constitutionibus aliquibus peccatis specialiter adiunctae sunt, multarum etiam culparum et poenitentiarum numerus descriptus est, et in tres ordines digestus qui invicem sibi responderent; ut saltem generatim cuique culpae sua videatur tributa poenitentia; per quae tamen aliqua quaevis fortiora remedia non excludantur, quae ex iuris praescripto quandoque adhibere expedire videretur. Cum autem innumerabiles aliae culpae accidere possint, ad similitudinem earum quae hic sunt expressae illae habendae erunt.

Hoc etiam habendum erit, culparum modum aut gradum haud ita definitum esse ut, vel quae in minoribus ordinibus adscriptae sunt, ex circumstantiis inter graviores censerentur non possint; aut quae sunt inter maiores numeratae, ex iisdem causis leviores quandoque non sint iudicandae: qua in re aequo Superioris iudicio et prudentia opus erit.

APPENDIX  
CANONES POENITENTIALES

*Quamvis poenitentiarum animadversionumque ratio, testimonio sanctorum Patrum pro culparum varietate, facti cuiusque conditione et circumstantiis, ea sit ut arbitrio et iudicio Superiorum relinquendae magna ex parte videantur, neque certus modus poenitentiae cuique culpae nominatim assignari possit; aliquem tamen modum, quatenus fieri posset, saltem generaliter, hac in re praefinire utile visum est.*

*Itaque, praeter aliquas poenas quae in Constitutionibus aliquibus peccatis specialiter adiunctae sunt, multarum etiam culparum et poenitentiarum numerus descriptus est, et in tres ordines digestus qui invicem sibi responderent; ut saltem generatim cuique culpae sua videatur tributa poenitentia; per quae tamen aliqua quaevis fortiora remedia non excludantur, quae ex iuris praescripto quandoque adhibere expedire videretur. Cum autem innumerabiles aliae culpae accidere possint, ad similitudinem earum quae hic sunt expressae illae habendae erunt.*

*Hoc etiam habendum erit, culparum modum aut gradum haud ita definitum esse ut, vel quae in minoribus ordinibus adscriptae sunt, ex circumstantiis inter graviores censerentur non possint; aut quae sunt inter maiores numeratae, ex iisdem causis leviores quandoque non sint iudicandae: qua in re aequo Superioris iudicio et prudentia opus erit.*

[APPENDICE]  
CANONI PENITENZIALI

Per quanto, in base alla testimonianza dei Santi Padri, possa sembrare che il criterio delle penitenze e delle punizioni, a seconda della diversità delle colpe e della natura e delle circostanze di ciascun fatto, sia in gran parte da lasciare alla discrezione e al giudizio dei Superiori, né che si possa assegnare a ciascuna colpa un determinato tipo di penitenza, sembra tuttavia utile stabilire, per quanto possibile, almeno in generale, una linea da seguire in questo campo.

Giustificazione dei  
canoni

Perciò, oltre ad alcune pene che nelle Costituzioni sono state associate in maniera specifica ad alcuni peccati<sup>396</sup>, è stato compilato anche un elenco di molteplici colpe e penitenze, distribuito in tre categorie, che si corrispondono a vicenda, in modo che, almeno in generale, a ciascuna colpa venga attribuita una penitenza. Tali penitenze, tuttavia, non escludono eventuali rimedi più forti, di qualsiasi genere, a cui si ritenesse opportuno ricorrere in qualche caso, a norma del diritto. Siccome però possono essere commesse innumerevoli altre colpe, queste andranno trattate in maniera analoga a quelle che qui vengono espressamente considerate.

Elenco diviso in tre  
categorie

Si dovrà inoltre tener conto di questo: la modalità e la gravità delle colpe non sono state determinate in maniera tale che anche quelle elencate nelle categorie inferiori non possano essere incluse, per le circostanze, fra le più gravi; oppure quelle che sono state annoverate fra le più rilevanti, per gli stessi motivi, non debbano essere talvolta considerate più lievi. In ciò ci si affiderà al buon senso e alla prudenza del Superiore.

Incidenza delle  
circostanze sulla  
gravità delle colpe

<sup>396</sup> ‡ Le Costituzioni prevedono pene specifiche per chi attenta alle Costituzioni (l. I, c. 1, § 10); per chi occulta gli impedimenti (l. I, c. 2, § 10); per i predicatori insubordinati (l. III, c. 2, § 9 [n. 224]); per chi non rispetta il divieto di assumere la direzione di comunità (l. III, c. 4, § 2); per gli studenti che infrangono la disciplina regolare (l. III, c. 5, § 10 [n. 249]); per gli ambiziosi (l. IV, c. 8, § 9 [307]); prevedono inoltre la deposizione per i Superiori che commettono un delitto: Preposito generale (l. IV, c. 12, § 27 [n. 370]), Assistente (l. IV, c. 13, § 5 [n. 377]), Preposito provinciale (l. IV, c. 16, § 11 [n. 406]), Preposito locale (l. IV, c. 17, § 9 [n. 435]), anche se in questi ultimi due casi non è detto esplicitamente. Soltanto generiche sono le pene previste per i disubbidienti (l. II, c. 1, § 4 [n. 87]) e per i renitenti (l. II, c. 12, § 4 [n. 184]) [N.d.C.].

Poenitentiae quoque pro loco, tempore, iteratione et eiusmodi conditionibus, saepe diverso ordine haberi debent; et leviores aut graviore erunt existimandae quam ex ordine in praesentia constituto: quae quidem eodem iudicio erunt moderandae. Plures etiam aliquando erunt coniungendae. Aliquando novae imponendae, maxime ad aliquem contraria ratione castigandum; puta, vel interdictione eorum quae male amavit aut secutus est, vel eorum impositione quae male respuit aut refugit.

*Poenitentiae quoque pro loco, tempore, iteratione et eiusmodi conditionibus, saepe diverso ordine haberi debebunt; et leviores aut graviore erunt existimandae quam ex ordine in praesentia constituto: quae quidem eodem iudicio erunt moderandae. Plures etiam aliquando erunt coniungendae. Aliquando novae imponendae, maxime ad aliquem contraria ratione castigandum; puta, vel interdictione eorum quae male amavit aut secutus est, vel eorum impositione quae male respuit aut refugit.*

Habenda erit, in his vel aliis irrogandis, scandali et aedificationis ratio; et item famae peccantis; ut vel publice vel secreto, multis vel paucis scientibus, poenitentia imponatur.

*Habenda erit, in his vel aliis irrogandis, scandali et aedificationis ratio; et item famae peccantis; ut vel publice vel secreto, multis vel paucis scientibus, poenitentia imponatur.*

Spectanda erit naturarum diversitas; ut vel eae quae affligunt corpus, vel quae tantum ad erubescendum valent, iniungantur.

*Spectanda erit naturarum diversitas; ut vel eae quae affligunt corpus, vel quae tantum ad erubescendum valent, iniungantur.*

In primo igitur ordine has et similes culpas ponimus:

*In primo igitur ordine has et similes culpas ponimus:*

Si quis loquendo aut ridendo immodeste se gesserit;

*Si quis loquendo aut ridendo immodeste se gesserit;*

si in coenaculo tempore refectionis, in capitulo, in choro et horis silentio datis, sine Superioris concessu locutus fuerit;

*si in coenaculo tempore refectionis, in capitulo, in choro et horis silentio datis, sine Superioris concessu locutus fuerit;*

si in choro riserit aut indecenter se habuerit;

*si in choro riserit aut indecenter se habuerit;*

si quis fratrem illuserit et momorderit;

*si quis fratrem illuserit et momorderit;*

si acerbe responderit;

*si acerbe responderit;*

si vagari per domum otiosus aut strepere solitus sit;

*si vagari per domum otiosus aut strepere solitus sit;*

Anche le penitenze dovranno spesso essere considerate di categoria diversa «da quella qui stabilita» a seconda del luogo, del tempo, della reiterazione «della colpa» e di «altre» condizioni del genere, e andranno valutate più lievi o più severe rispetto alla categoria qui stabilita. Anch'esse andranno regolate dal buon senso del Superiore. Talvolta più «penitenze» dovranno essere unite fra loro. Talvolta ne andranno inflitte di nuove, specialmente per punire qualcuno per contrappasso, per esempio con la proibizione di quanto inopportunamente amato o seguito, oppure con l'imposizione di quanto inopportunamente rifiutato o evitato.

Diversa severità delle penitenze

Si dovrà tener conto, nell'irrogare queste o altre «penitenze», dello scandalo e dell'edificazione «che ne deriveranno»<sup>397</sup>, come pure della reputazione del colpevole, in modo da «decidere se» infliggere la penitenza in pubblico o in privato, con una risonanza più o meno vasta.

Publicità delle penitenze

Bisognerà considerare la diversità dei caratteri, in modo da «decidere se» comminare «penitenze» di carattere fisico oppure quelle finalizzate esclusivamente all'umiliazione del colpevole.

Considerazione della diversità dei caratteri

COLPE

Dunque, nella prima categoria poniamo le seguenti colpe a «altre» simili:

1. Prima categoria

esagerare nel parlare<sup>398</sup> e nel ridere<sup>399</sup>;

# C.1.1

parlare, senza permesso del Superiore, in refettorio durante i pasti, in capitolo, in coro e nei momenti di silenzio<sup>400</sup>;

# C.1.2

ridere e comportarsi sconvenientemente in coro;

# C.1.3

prendere in giro e punzecchiare un confratello;

# C.1.4

rispondere aspramente;

# C.1.5

bighellonare abitualmente per casa o rumoreggiare<sup>401</sup>;

# C.1.6

<sup>397</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 12, § 1 [n. 181] [N.d.C.].

<sup>398</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 14, § 1 [n. 197] [N.d.C.].

<sup>399</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 15, § 2 [n. 204] [N.d.C.].

<sup>400</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 14, § 2 [n. 198] [N.d.C.].

<sup>401</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 15, § 2 [n. 205] [N.d.C.].



si in capitulo aut conventu, non petita facultate aut non suo loco, locutus fuerit;	<i>si in capitulo aut conventu, non petita facultate aut non suo loco, locutus fuerit;</i>
si loquentem, obstrepens aut etiam aliud agens, in iisdem locis, impedierit, et si, licet summissa voce, cum alio locutus fuerit;	<i>si loquentem, obstrepens aut etiam aliud agens, in iisdem locis, impedierit, et si, licet summissa voce, cum alio locutus fuerit;</i>
si in alienum officium aut ministerium se ingesserit sine licentia, aut vero ea, cum ad eum pertinerent, licet humilia, neglexerit;	<i>si in alienum officium aut ministerium se ingesserit sine licentia, aut vero ea, cum ad eum pertinerent, licet humilia, neglexerit;</i>
si eadem sine oratione inceperit, aut post factum gratias non egerit;	<i>si eadem sine oratione inceperit, aut post factum gratias non egerit;</i>
si vas aut eiusmodi aliquid fregerit;	<i>si vas aut eiusmodi aliquid fregerit;</i>
si vocatus, voce aut campanula, tamen cunctatus sit;	<i>si vocatus, voce aut campanula, tamen cunctatus sit;</i>
si post examen conscientiae statim se cubitum non contulerit;	<i>si post examen conscientiae statim se cubitum non contulerit;</i>
si ad solitum campanulae sonum se in cubiculum non receperit;	<i>si ad solitum campanulae sonum se in cubiculum non receperit;</i>
si alieno corpori manus admoverit;	<i>si alieno corpori manus admoverit;</i>
si domo exiens signum consuetum non apposuerit aut rediens non amoverit, et si utroque tempore ad ianuam genuflexus non orarit;	<i>si domo exiens signum consuetum non apposuerit aut rediens non amoverit, et si utroque tempore ad ianuam genuflexus non orarit;</i>
si cum domo existiisset, per malitiam ad alia loca divertit de quibus Superiori non significaverit;	<i>si cum domo existiisset, per malitiam ad alia loca divertit de quibus Superiori non significaverit;</i>
si, domum reversus, statim Superiorem non adierit;	<i>si, domum reversus, statim Superiorem non adierit;</i>

parlare, in capitolo o in una riunione, senza chiedere il permesso o quando non è il proprio turno <sup>402</sup> ;	# C.1.7
nelle medesime sedi, disturbare uno che sta parlando, interrompendolo o facendo altro o magari parlando con un altro, ancorché sottovoce <sup>403</sup> ;	# C.1.8
intromettersi, senza permesso, nell'ufficio o nel servizio di un altro, oppure trascurare le proprie mansioni, per quanto umili <possono apparire> <sup>404</sup> ;	# C.1.9
iniziare le proprie attività senza la preghiera o non fare il ringraziamento al termine;	# C.1.10
rompere un vaso o qualcosa di simile;	# C.1.11
indugiare quando si è chiamati a voce o con la campanella;	# C.1.12
non andare subito a letto dopo l'esame di coscienza <sup>405</sup> ;	# C.1.13
non ritirarsi in camera al segnale della campanella <sup>406</sup> ;	# C.1.14
mettere le mani sul corpo di un altro <sup>407</sup> ;	# C.1.15
uscendo di casa, non mettere il segnale o, rientrando, non rimuoverlo e, in entrambi i momenti, non pregare in ginocchio alla porta;	# C.1.16
fuori casa, recarsi intenzionalmente in posti diversi da quelli di cui si è avvisato il Superiore <sup>408</sup> ;	# C.1.17
tornati a casa, non andare subito dal Superiore;	# C.1.18

<sup>402</sup> ‡ Cf. *supra*, l. IV, c. 7, § 4 [n. 297] [N.d.C.].

<sup>403</sup> ‡ Cf. *supra*, l. IV, c. 7, §§ 8-9 [n. 297] [N.d.C.].

<sup>404</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 15, § 2 [n. 206] [N.d.C.].

<sup>405</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 6, § 3 [n. 157] [N.d.C.].

<sup>406</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 14, § 3 [n. 199] [N.d.C.].

<sup>407</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 15, § 2 [n. 205] [N.d.C.].

<sup>408</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 1, § 12 [n. 94] [N.d.C.].

si a <b>prima</b> mensa sine concessu abfuerit;	<i>si a mensa <b>communi</b> sine concessu abfuerit;</i>
si sordidum se praestiterit in cubiculo aut indumentis;	<i>si sordidum se praestiterit in cubiculo aut indumentis;</i>
si alienum cubiculum ingressus fuerit;	<i>si alienum cubiculum ingressus fuerit;</i>
si fuerit in cubiculo, clave foris non apparente;	<i>si fuerit in cubiculo, clave foris non apparente;</i>
si modicum aliquid, praeter concessum, in cubiculo habuerit;	<i>si modicum aliquid, praeter concessum, in cubiculo habuerit;</i>
si quidquam ad severiorem vitam pertinet sine concessu fecerit;	<i>si quidquam ad severiorem vitam pertinet sine concessu fecerit;</i>
si in sacris caeremoniis erraverit;	<i>si in sacris caeremoniis erraverit;</i>
si <b>non petita facultate et benedictione</b> Missam Sacerdos celebraverit, aut alius <b>ad Sanctissimam Communionem statis diebus accesserit;</b>	<i>si Missam Sacerdos <b>inscio Superiore non celebraverit, aut alius Missae non interfuerit;</b></i>
si divinum officium indecenter recitarit;	<i>si divinum officium indecenter recitarit;</i>
si mortuorum fratrum aut aliorum suffragia distulerit;	<i>si mortuorum fratrum aut aliorum suffragia distulerit;</i>
si a divinis officiis sine concessu abfuerit aut sero affuerit.	<i>si a divinis officiis sine concessu abfuerit aut sero affuerit.</i>
In secundo ordine has collocamus:	<i>In secundo ordine has collocamus:</i>
si quis alicui detraxerit;	<i>si quis alicui detraxerit;</i>
si insolenter erga fratrem se gesserit, aut in eum iniurius fuerit;	<i>si insolenter erga fratrem se gesserit, aut in eum iniurius fuerit;</i>

assentarsi, senza permesso, dalla <u>prima mensa</u> [mensa comune] <sup>409</sup> ;	# C.1.19
mostrarsi sporchi nella «tenuta della» camera e negli indumenti <sup>410</sup> ;	# C.1.20
entrare nella camera di un altro <sup>411</sup> ;	# C.1.21
stare in camera senza lasciare la chiave all'esterno <sup>412</sup> ;	# C.1.22
tenere in camera qualcosa, «anche solo» poco, oltre quanto concesso <sup>413</sup> ;	# C.1.23
fare qualcosa tendente a una vita piú severa senza permesso <sup>414</sup> ;	# C.1.24
sbagliare nelle sacre cerimonie;	# C.1.25
se si è sacerdoti, <u>celebrare la Messa</u> [non celebrare la Messa all'insaputa del Superiore] o, se non lo si è, <u>accostarsi alla santa Comunione nei giorni stabiliti senza chiedere il permesso e la benedizione</u> [non partecipare alla Messa] <sup>415</sup> ;	# C.1.26
recitare l'Ufficio divino in maniera sconveniente;	# C.1.27
differire i suffragi per i confratelli o per altri defunti <sup>416</sup> ;	# C.1.28
assentarsi o arrivare in ritardo alle celebrazioni liturgiche senza permesso <sup>417</sup> .	# C.1.29
Nella seconda categoria collochiamo le seguenti «colpe»:	2. Seconda categoria
diffamare qualcuno <sup>418</sup> ;	# C.2.1
insolentire o oltraggiare un confratello;	# C.2.2

<sup>409</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 15, § 2 [n. 203] [N.d.C.].

<sup>410</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 15, § 2 [n. 204] [N.d.C.].

<sup>411</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 14, § 3 [n. 199] [N.d.C.].

<sup>412</sup> ‡ Cf. *ibid.* [N.d.C.].

<sup>413</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 3, §§ 7-8 [nn. 109-110] [N.d.C.].

<sup>414</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 13, § 3 [n. 192] [N.d.C.].

<sup>415</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 5, §§ 5-6 [n. 127], § 8 [n. 128]; c. 4, § 2 [N.d.C.].

<sup>416</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 5, §§ 17-21 [nn. 134-142] [N.d.C.].

<sup>417</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 1, § 14 [n. 96] [N.d.C.].

<sup>418</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 14, § 1 [n. 197] [N.d.C.].

si superbe Superiori responderit;	<i>si superbe Superiori responderit;</i>
si importune ab eodem quidquam flagitarit;	<i>si importune ab eodem quidquam flagitarit;</i>
si litteras dederit aut ad se vel ad alium acceperit, et Superiori, antequam aperiat vel obsignet, non ostenderit;	<i>si litteras dederit aut ad se vel ad alium acceperit, et Superiori, antequam aperiat vel obsignet, non ostenderit;</i>
si negotia, curationes aut alia eiusmodi sine concessu susceperit, aut de susceptis non communicarit;	<i>si negotia, curationes aut alia eiusmodi sine concessu susceperit, aut de susceptis non communicarit;</i>
hospitem in domo receperit; domo exierit; apud extraneos comederit; quid sibi parari curarit; extra communem refectio- nem ederit aut biberit; et haec omnia sine Superioris concessu;	<i>hospitem in domo receperit; domo exie- rit; apud extraneos comederit; quid sibi parari curarit; extra communem refectio- nem ederit aut biberit; et haec omnia sine Superioris concessu;</i>
si iis qui certis officiis praefecti sunt, praesertim caeremoniis et choro, parere noluerit;	<i>si iis qui certis officiis praefecti sunt, prae- sertim caeremoniis et choro, parere no- luerit;</i>
si a consueta indumentorum ratione recesserit;	<i>si a consueta indumentorum ratione re- cesserit;</i>
si quis vesperi ad signum salutationis B. Virginis domum se non receperit;	<i>si quis vesperi ad signum salutationis B. Virginis domum se non receperit;</i>
si ostio clauso cum aliquo in cubiculo fuerit, aut vero adolescentiores in aliqua remota domus parte simul fuerint;	<i>si ostio clauso cum aliquo in cubiculo fue- rit, aut vero adolescentiores in aliqua re- mota domus parte simul fuerint;</i>
si quis in aliena domo cum muliere locuturus a socio se subtraxerit;	<i>si quis in aliena domo cum muliere locu- turus a socio se subtraxerit;</i>
si quis libidinose aspexerit aut quid obscenum dixerit;	<i>si quis libidinose aspexerit aut quid ob- scenum dixerit;</i>

rispondere con arroganza al Superiore;	# C.2.3
chiedergli qualcosa con presunzione;	# C.2.4
scrivere una lettera o riceverne una per sé o per un altro, senza mostrarla al Superiore prima di aprirla o di sigillarla <sup>419</sup> ;	# C.2.5
accettare incarichi, responsabilità o altre cose del genere senza permesso, oppure non riferire di quelle che sono state accettate <sup>420</sup> ;	# C.2.6
fare le seguenti cose senza il permesso del Superiore: accogliere un ospite in casa <sup>421</sup> ; uscire di casa <sup>422</sup> ; mangiare presso estranei <sup>423</sup> ; preoccuparsi di ciò che viene preparato; mangiare o bere al di fuori dei pasti comuni;	# C.2.7
rifiutarsi di obbedire ai responsabili di determinati uffici, specialmente al Prefetto delle cerimonie e del coro <sup>424</sup> ;	# C.2.8
allontanarsi dal consueto modo di vestire <sup>425</sup> ;	# C.2.9
non rientrare in casa la sera al suono dell' <i>avemaria</i> ;	# C.2.10
stare in camera con qualcuno tenendo la porta chiusa <sup>426</sup> , oppure, per i più giovani, starsene insieme in un luogo appartato della casa <sup>427</sup> ;	# C.2.11
allontanarsi dal compagno in casa altrui per parlare con una donna <sup>428</sup> ;	# C.2.12
guardare con sensualità o fare discorsi osceni <sup>429</sup> ;	# C.2.13

<sup>419</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 1, § 8 [n. 91] [N.d.C.].

<sup>420</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 1, § 7 [n. 90]; § 9 [n. 92] [N.d.C.].

<sup>421</sup> ‡ Cf. *supra*, l. IV, c. 18, § 8 [n. 455] [N.d.C.].

<sup>422</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 1, § 12 [n. 94] [N.d.C.].

<sup>423</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 1, § 13 [n. 95] [N.d.C.].

<sup>424</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 5, § 24 [n. 145] [N.d.C.].

<sup>425</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 3, § 11 [n. 114] [N.d.C.].

<sup>426</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 14, § 3 [n. 199] [N.d.C.].

<sup>427</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 15, § 2 [n. 205] [N.d.C.].

<sup>428</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 2, § 3 [n. 101] [N.d.C.].

<sup>429</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 2, § 2 [n. 100] [N.d.C.].

si de rebus communibus disposuerit;	<i>si de rebus communibus disposuerit;</i>
si aliquid propria auctoritate in usum suum converterit;	<i>si aliquid propria auctoritate in usum suum converterit;</i>
si quid ab extraneis acceperit et ad Superiorem non detulerit, etiam restituendum aut in eleemosynas erogandum;	<i>si quid ab extraneis acceperit et ad Superiorem non detulerit, etiam restituendum aut in eleemosynas erogandum;</i>
si pecuniam apud se retinuerit;	<i>si pecuniam apud se retinuerit;</i>
si officiis praefecti negligenter se habuerint, ut, eorum culpa, alicui necessaria, maxime infirmis, defuerint, aut quid corruptum sit aut perditum vel in periculo fuerit;	<i>si officiis praefecti negligenter se habuerint, ut, eorum culpa, alicui necessaria, maxime infirmis, defuerint, aut quid corruptum sit aut perditum vel in periculo fuerit;</i>
item si in consuetudine extraneorum saeculari modo aut scandalose se gesserint;	<i>item si in consuetudine extraneorum saeculari modo aut scandalose se gesserint;</i>
si de eorum officio cum Superiore communicare noluerint;	<i>si de eorum officio cum Superiore communicare noluerint;</i>
<b>si quis a Confessione aut a Missa aut a Communione statis diebus sine concessu abstinuerit;</b>	
<b>et si frequentius quam consuetum sit pariter ad Communionem accesserit;</b>	
<b>si alicui, praeter praescriptam rationem, confessus fuerit;</b>	
<b>si Missae, Sacerdos eo die non celebrans, aut alius, non interfuerit;</b>	
si Conversus matutino et orationi matutinae et vespertinae non interfuerit;	<i>si Conversus matutino et orationi matutinae et vespertinae non interfuerit;</i>

disporre delle cose comuni <sup>430</sup> ;	# C.2.14
destinare qualcosa, di propria iniziativa, all'uso personale;	# C.2.15
ricevere qualcosa dagli estranei e non consegnarlo al Superiore, anche se deve essere restituito o dato in beneficenza <sup>431</sup> ;	# C.2.16
tenere denaro presso di sé <sup>432</sup> ;	# C.2.17
quando si ha la responsabilità di un ufficio, comportarsi con tale negligenza che, per colpa propria, a qualcuno, soprattutto agli infermi, possa mancare il necessario, oppure qualcosa possa deperire o andare perso o essere a rischio;	# C.2.18
comportarsi con gli estranei in modo mondano o scandaloso <sup>433</sup> ;	# C.2.19
rifiutarsi di riferire sul proprio ufficio al Superiore <sup>434</sup> ;	# C.2.20
<u>astenersi senza permesso dalla Confessione o dalla Messa o dalla Comunione nei giorni stabiliti</u> , <sup>435</sup> [⇒ # C.1.26]	# C.2.21
<u>accostarsi alla Comunione più frequentemente del solito</u> , <sup>436</sup> [—]	# C.2.22
<u>confessarsi da qualcuno al di fuori della norma stabilita</u> , <sup>437</sup> [—]	# C.2.23
<u>non partecipare alla Messa quando non si celebra</u> , <sup>438</sup> [⇒ # C.1.26]	# C.2.24
per i conversi, non partecipare al Mattutino e all'orazione del mattino e della sera <sup>439</sup> ;	# C.2.25

<sup>430</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 3, § 4 [n. 106] [N.d.C.].

<sup>431</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 1, § 7 [n. 90]; § 10 [n.105] [N.d.C.].

<sup>432</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 1, § 10; n. 424 [N.d.C.].

<sup>433</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 14, § 4 [n. 200] [N.d.C.].

<sup>434</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 1, § 5 [n. 88] [N.d.C.].

<sup>435</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 4, § 2; c. 5, § 5 [N.d.C.].

<sup>436</sup> ‡ Cf. *ibid.* [N.d.C.].

<sup>437</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 4, §§ 5-7 [N.d.C.].

<sup>438</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 5, § 8 [N.d.C.].

<sup>439</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 5, § 26 [n. 147] [N.d.C.].



si quis sine concessu ieiunia aut abstinentiam Constitutionibus praescriptam violarit. *si quis sine concessu ieiunia aut abstinentiam Constitutionibus praescriptam violarit.*

Tertio ordini haec adscribimus:

*Tertio ordini haec adscribimus*

si quis obedire contumaciter recusaverit;

*si quis obedire contumaciter recusaverit;*

si detrectans obedientiam Superiorum, ad extraneos et extraordinaria remedia confugerit;

*si detrectans obedientiam Superiorum, ad extraneos et extraordinaria remedia confugerit;*

si quis convicium aut iniuriam Superiori fecerit, aut ei maledixerit;

*si quis convicium aut iniuriam Superiori fecerit, aut ei maledixerit;*

si poenitentias iniunctas subire, et si ministeria humiliora obire contumaciter recusarit;

*si poenitentias iniunctas subire, et si ministeria humiliora obire contumaciter recusarit;*

si iter sine concessu fecerit, Ordines susceperit, in aula alicuius principis viri moratus fuerit;

*si iter sine concessu fecerit, Ordines susceperit, in aula alicuius principis viri moratus fuerit;*

si castitatem re ipsa violarit, vel violare conatus fuerit, aut tactu aliquo contra pudicitiam fecerit;

*si castitatem re ipsa violarit, vel violare conatus fuerit, aut tactu aliquo contra pudicitiam fecerit;*

si proprium habere deprehensus fuerit;

*si proprium habere deprehensus fuerit;*

si discordiam inter fratres inducere voluerit;

*si discordiam inter fratres inducere voluerit;*

si aliquem ad aliquid contra disciplinam aut obedientiam Superiorum faciendum inducere conatus fuerit;

*si aliquem ad aliquid contra disciplinam aut obedientiam Superiorum faciendum inducere conatus fuerit;*

si quis privati alicuius conventiculi conscius, non patefecerit, et si omnino, cum aliquid sciret quod detrimento universae Congregationi aut Collegio futurum esset, non indicarit;

*si quis privati alicuius conventiculi conscius, non patefecerit, et si omnino, cum aliquid sciret quod detrimento universae Congregationi aut Collegio futurum esset, non indicarit;*

non osservare, senza permesso, i digiuni e l'astinenza prescritta dalle Costituzioni<sup>440</sup>. # C.2.26

Includiamo nella terza categoria le seguenti <colpe>:

3. Terza categoria

rifiutarsi ostinatamente di obbedire;

# C.3.1

sottrarsi all'obbedienza dei Superiori e ricorrere agli estranei e ad aiuti straordinari<sup>441</sup>;

# C.3.2

insultare o offendere il Superiore, o parlare di lui;

# C.3.3

rifiutarsi ostinatamente di accettare le penitenze che sono state imposte<sup>442</sup> o di attendere ai servizi più umili<sup>443</sup>;

# C.3.4

fare un viaggio<sup>444</sup>, ricevere gli Ordini<sup>445</sup>, dimorare alla corte di un principe<sup>446</sup> senza permesso;

# C.3.5

infrangere di fatto o tentare di infrangere «il voto di» castità, oppure peccare con qualche contatto contro la purezza;

# C.3.6

risultare proprietari<sup>447</sup>;

# C.3.7

provocare deliberatamente discordia tra i confratelli<sup>448</sup>;

# C.3.8

indurre qualcuno a fare qualcosa contro la disciplina o l'obbedienza ai Superiori;

# C.3.9

non denunciare, quando se ne è a conoscenza, una qualche conventicola privata e, in generale, non rendere noto qualcosa che si sa che potrebbe nuocere all'intera Congregazione o al Collegio;

# C.3.10

<sup>440</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 7, §§ 2-4 [nn. 160-161] [N.d.C.].

<sup>441</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 1, § 4 [n. 87] [N.d.C.].

<sup>442</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 12, § 4 [n. 184] [N.d.C.].

<sup>443</sup> ‡ Cf. *supra*, l. IV, c. 18, § 11 [n. 458] [N.d.C.].

<sup>444</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 1, § 11 [n. 93] [N.d.C.].

<sup>445</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 9, § 2 [n. 169] [N.d.C.].

<sup>446</sup> ‡ Cf. *supra*, l. III, c. 4, § 4 [n. 233] [N.d.C.].

<sup>447</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 3, §§ 2-3 [nn. 103-104] [N.d.C.].

<sup>448</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 13, § 1 [n. 190]; c. 14, § 1 [n. 197] [N.d.C.].

si sciens aliquem de fuga aut abitu cogitare, Superiori non dixerit;	<i>si sciens aliquem de fuga aut abitu cogitare, Superiori non dixerit;</i>
si per malitiam protulerit quod Congregationi aut Collegio detrimento esse posset;	<i>si per malitiam protulerit quod Congregationi aut Collegio detrimento esse posset;</i>
si fratrem quis percusserit;	<i>si fratrem quis percusserit;</i>
si falso accusaverit;	<i>si falso accusaverit;</i>
si in insolentia et superbia perseveraverit;	<i>si in insolentia et superbia perseveraverit;</i>
si Officialis in officio suo fraudem commiserit;	<i>si Officialis in officio suo fraudem commiserit;</i>
si, invito Superiore, quid facere ausus sit;	<i>si, invito Superiore, quid facere ausus sit;</i>
si Scrutator in suffragiorum aut nominationis negotio fraudem commiserit;	<i>si Scrutator in suffragiorum aut nominationis negotio fraudem commiserit;</i>
si quis seipsum in electionibus, aut plura nomina quam praescriptum sit, nominaverit;	<i>si quis seipsum in electionibus, aut plura nomina quam praescriptum sit, nominaverit;</i>
si quis, dum electionum causa exquirat aut exquirenti respondet, significaverit de certa persona eligenda, aut alio modo a praescripta in eo genere ratione discesserit;	<i>si quis, dum electionum causa exquirat aut exquirenti respondet, significaverit de certa persona eligenda, aut alio modo a praescripta in eo genere ratione discesserit;</i>
si quis dignitatem aut officium, ut in Constitutionibus expressum est, pro se vel pro alio, per se vel per alium, in Congregatione aut extra illam, quaesierit;	<i>si quis dignitatem aut officium, ut in Constitutionibus expressum est, pro se vel pro alio, per se vel per alium, in Congregatione aut extra illam, quaesierit;</i>
si per alium quam per Procuratorem Generalem, et omnino alia ratione quam praescriptum sit in Constitutionibus, aliquid in Curia Romana procurarit;	<i>si per alium quam per Procuratorem Generalem, et omnino alia ratione quam praescriptum sit in Constitutionibus, aliquid in Curia Romana procurarit;</i>

quando si sa che qualcuno sta progettando di fuggire o di andarsene, non dirlo al Superiore;	# C.3.11
divulgare, intenzionalmente, quanto potrebbe nuocere alla Congregazione o al Collegio;	# C.3.12
percuotere un confratello;	# C.3.13
accusarlo falsamente;	# C.3.14
ostinarsi nell'insolenza e nella superbia <sup>449</sup> ;	# C.3.15
se si ha un incarico, commettere una frode nel proprio ufficio;	# C.3.16
osare fare qualcosa contro il volere del Superiore;	# C.3.17
se si è Scrutatore, commettere una frode nelle votazioni e nelle designazioni <sup>450</sup> ;	# C.3.18
votare sé stessi nelle elezioni o indicare più nomi del previsto <sup>451</sup> ;	# C.3.19
quando, nella consultazione prima delle elezioni, si richiedono informazioni o si risponde a chi le chiede, far capire che si eleggerà una determinata persona o allontanarsi in altro modo dalla procedura prevista <sup>452</sup> ;	# C.3.20
ricercare una dignità o una carica, come è detto nelle Costituzioni <sup>453</sup> , per sé o per un altro, direttamente o attraverso altri, in Congregazione o al di fuori di essa;	# C.3.21
avviare una pratica nella Curia Romana attraverso una persona diversa dal Procuratore generale e, in generale, seguendo una procedura diversa da quella prevista nelle Costituzioni <sup>454</sup> ;	# C.3.22

<sup>449</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 12, § 9 [n. 189] [N.d.C.].

<sup>450</sup> ‡ Cf. *supra*, l. IV, c. 8, § 16 [n. 314] [N.d.C.].

<sup>451</sup> ‡ Cf. *supra*, l. IV, c. 8, § 15 [n. 313]; c. 9, § 4 [n. 324] [N.d.C.].

<sup>452</sup> ‡ Cf. *supra*, l. IV, c. 8, §§ 6-8 [nn. 302-306] [N.d.C.].

<sup>453</sup> ‡ Cf. *supra*, l. I, c. 5, § 7 [n. 67]; l. IV, c. 8, § 9 [n. 307] [N.d.C.].

<sup>454</sup> ‡ Cf. *supra*, l. IV, c. 15, § 3 [n. 384] [N.d.C.].

si quis, sine concessu, Sacramentum Poenitentiae administraverit;	<i>si quis, sine concessu, Sacramentum Poenitentiae administraverit;</i>
si a poenitente aliquid acceperit;	<i>si a poenitente aliquid acceperit;</i>
si, sine concessu, concionatus fuerit;	<i>si, sine concessu, concionatus fuerit;</i>
si quid ea de causa acceperit;	<i>si quid ea de causa acceperit;</i>
si Conversus preces suas sciens omiserit.	<i>si Conversus preces suas sciens omiserit.</i>
Poenitentiae autem culparum esse poterunt:	<i>Poenitentiae autem culparum esse poterunt:</i>
Primi quidem ordinis,	<i>Primi quidem ordinis,</i>
solum osculari;	<i>solum osculari;</i>
in coenaculo aut alio conventu coram aliis se accusare, fune quandoque collo circumdato, aut forte appenso eo quod fregerit;	<i>in coenaculo aut alio conventu coram aliis se accusare, fune quandoque collo circumdato, aut forte appenso eo quod fregerit;</i>
privari obsonio aut vino, partim aut in totum, semel aut saepius;	<i>privari obsonio aut vino, partim aut in totum, semel aut saepius;</i>
humi aut stando comedere;	<i>humi aut stando comedere;</i>
in choro brachiis extentis aliquo spatio manere, et etiam eodem tempore aliquid recitare;	<i>in choro brachiis extentis aliquo spatio manere, et etiam eodem tempore aliquid recitare;</i>
recitare aliquem ex psalmis poenitentia-libus aut omnes;	<i>recitare aliquem ex psalmis poenitentia-libus aut omnes;</i>
corona orare semel aut saepius;	<i>corona orare semel aut saepius;</i>
genibus flexis aliquo spatio manere et Dominum pro commissa culpa orare;	<i>genibus flexis aliquo spatio manere et Dominum pro commissa culpa orare;</i>
humilioribus ministeriis aliquibus vicibus addici.	<i>humilioribus ministeriis aliquibus vicibus addici.</i>

amministrare il sacramento della Penitenza senza permesso <sup>455</sup> ;	# C.3.23
accettare qualcosa dal penitente <sup>456</sup> ;	# C.3.24
predicare senza permesso <sup>457</sup> ;	# C.3.25
accettare qualcosa per la predicazione <sup>458</sup> ;	# C.3.26
per un converso, tralasciare deliberatamente le proprie preghiere <sup>459</sup> .	# C.3.27
Le penitenze delle colpe potranno essere:	PENITENZE
«Penitenze» della prima categoria:	1. Prima categoria
baciare la terra;	# P.1.1
in refettorio o in altro consesso, accusarsi di fronte agli altri, di quando in quando con una corda al collo o eventualmente tenendo appeso ciò che si è rotto;	# P.1.2
essere privati del companatico o del vino, in parte o in tutto, una o più volte;	# P.1.3
mangiare per terra o in piedi;	# P.1.4
rimanere per un po' di tempo con le braccia aperte in coro, e magari nel contempo recitare qualcosa;	# P.1.5
recitare uno dei salmi penitenziali o tutti;	# P.1.6
recitare la corona una o più volte;	# P.1.7
rimanere in ginocchio per un po' di tempo e pregare il Signore per la colpa commessa;	# P.1.8
essere destinati qualche volta ai servizi più umili.	# P.1.9

<sup>455</sup> ‡ Cf. *supra*, l. III, c. 1, § 4 [n. 210] [N.d.C.].

<sup>456</sup> ‡ Cf. *supra*, l. III, c. 1, § 7 [n. 213] [N.d.C.].

<sup>457</sup> ‡ Cf. *supra*, l. III, c. 2, § 2 [n. 217] [N.d.C.].

<sup>458</sup> ‡ Cf. *supra*, l. III, c. 2, § 4 [N.d.C.].

<sup>459</sup> ‡ Cf. *supra*, l. II, c. 5, § 26 [n. 147] [N.d.C.].

Secundi ordinis:	<i>Secundi ordinis:</i>
flagellis se caedere iuberi;	<i>flagellis se caedere iuberi;</i>
loqui aliquo temporis spatio aut exire domo prohiberi;	<i>loqui aliquo temporis spatio aut exire domo prohiberi;</i>
mensa communi interdici, interdum omni extraneorum congressu, quandoque choro, aut oratione communi, Missa aut Communione (si modo quis eiusmodi castigationum sit capax);	<i>mensa communi interdici, interdum omni extraneorum congressu, quandoque choro, aut oratione communi, Missa aut Communione (si modo quis eiusmodi castigationum sit capax);</i>
destinari ad certum tempus ad inseruiendum alicui ex fratribus, qui egeat;	<i>destinari ad certum tempus ad inseruiendum alicui ex fratribus, qui egeat;</i>
iuberi ieiunare semel aut saepius, et interdum pane et aqua tantum utendo.	<i>iuberi ieiunare semel aut saepius, et interdum pane et aqua tantum utendo.</i>
Tertii ordinis:	<i>Tertii ordinis:</i>
interdici Ordinibus suscipiendis, ad tempus vel in perpetuum;	<i>interdici Ordinibus suscipiendis, ad tempus vel in perpetuum;</i>
interdici omnibus divinis;	<b><i>servatis de iure servandis,</i></b> <i>interdici omnibus divinis;</i>
privari officio aut iure suffragii, aut ad eadem inhabilem iudicari, ad tempus vel in perpetuum;	<i>privari officio aut iure suffragii, aut ad eadem inhabilem iudicari, ad tempus vel in perpetuum;</i>
relegari in certo Collegio, aut etiam in cubiculo;	<i>relegari in certo Collegio, aut etiam in cubiculo;</i>
interdici omni colloctione et consuetudine fratrum ad certum tempus.	<i>interdici omni colloctione et consuetudine fratrum ad certum tempus.</i>

CANONUM FINIS.

«Penitenze» della seconda categoria:	2. Seconda categoria
obbligo di flagellarsi;	# P.2.1
proibizione di parlare per un po' di tempo o di uscire di casa;	# P.2.2
esclusione dalla mensa comune, talora da ogni incontro con gli estranei, di quando in quando dal coro e dall'orazione comune, dalla Messa o dalla Comunione (purché uno sia nella condizione di ricevere tali castighi);	# P.2.3
destinazione per un determinato periodo a servire qualche confratello bisognoso;	# P.2.4
obbligo di digiunare una o più volte, e talora facendo uso solo di pane e acqua.	# P.2.5
«Penitenze» della terza categoria:	3. Terza categoria
interdizione temporanea o perpetua dal ricevere gli Ordini;	# P.3.1
sospensione <i>a divinis</i> [osservando quanto è prescritto dal diritto];	# P.3.2
privazione dell'ufficio o del diritto di voto, o dichiarazione di inabilità temporanea o perpetua agli stessi;	# P.3.3
obbligo di dimora in un determinato Collegio o anche in camera;	# P.3.4
esclusione da ogni colloquio e rapporto con i confratelli per un determinato periodo.	# P.3.5

FINE DEI CANONI [—]





## EPILEGOMENA



# ALLEGATI

---

## I. DISCORSO DI GIOVANNI ANTONIO GABUZIO

*Cum in rebus omnibus*

(25 maggio 1579)<sup>1</sup>

DE NOVARUM CONSTITUTIONUM  
LAUDIBUS.<sup>2</sup>

ELOGIO  
DELLE NUOVE COSTITUZIONI

### Esordio: provvidenza e sapienza di Dio

*CUM IN REBUS OMNIBUS, quae caeli ambitu continentur (quod vos ipsi optime intelligitis, sapientissime Cardinalis, et Patres religiosissimi)<sup>3</sup>, tum vel maxime in iis, quae ad humanam vitam recte instituendam ad aeternamque felicitatem comparandam [7<sup>o</sup>] pertinent, summam Dei Optimi Maximi providentiam summamque sapientiam apertissime licet in-  
tueri.*

*Nemo<sup>4</sup> est tam hebeti ingenio, tam<sup>5</sup> rerum imperitus, quin videat planeque intelligat, aeternam illam Sapientiam, quae, ut ipsa de se testatur, attingens a fine usque ad finem disponit omnia suaviter, sicuti hominum caussa cuncta sapientissime procreavit, ita etiam universa ad hu-*

Non solo in tutte le cose contenute nel firmamento del cielo — come voi stessi, Eminentissimo Cardinale e Reverendissimi Padri, capite bene — ma soprattutto in quelle che riguardano il retto ordinamento della vita umana e il conseguimento della felicità eterna, si possono facilmente contemplare la somma provvidenza e la somma sapienza di Dio onnipotente.

Non c'è nessuno così ottuso e inesperto, che sia incapace di vedere e di comprendere chiaramente che l'eterna Sapienza — la quale, come dice di sé stessa, estendendosi da un confine all'altro, governa con bontà ogni cosa<sup>6</sup> — così come ha creato tutto sapientemente per gli

---

<sup>1</sup> ASBR, Z.a.7, ff. 7-15; *Historia*, pp. 315-326. Tale discorso fu pronunciato dal Padre Gabuzio nella prima seduta del Capitolo generale del 1579, alla presenza di San Carlo Borromeo (si veda in proposito l'*Introduzione storica*). Nell'*Historia* il testo del discorso è introdotto dalla seguente premessa: «Anno a Christo nato MDLXXIX, mense Maio, sub R. P. Jobanne Petro Besutio Congregationis Praeposito, convocatis ipsius Congregationis Patribus in Collegio Ss. Apostolorum Paulli et Barnabae Mediolani coram Illustrissimo ac Reverendissimo D. Carolo Card. tituli S. Praxedis, Mediolani Archiepiscopo, a Sede Apostolica delegato ad sancendas eiusdem Congregationis Constitutiones, P. D. Iohannes Antonius Gabutius, sacerdos vota professus, jussu Patrum, in publico Conventu hanc habuit Orationem VIII Kal. Iunias» (p. 315). Viene qui riportato e tradotto il testo pubblicato nell'*Historia*; in nota sono segnalate le varianti del ms (Z.a.7). Fra parentesi quadre, in carattere chiaro, sono indicate le pagine del ms; in grassetto, quelle dell'*Historia*.

<sup>2</sup> *De novarum Constitutionum laudibus*: ms om.

<sup>3</sup> (*quod vos ipsi optime intelligitis, sapientissime Cardinalis, et Patres religiosissimi*): ms *Illustrissime Cardinalis, Clarissime Antistes, et Patres religiosissimi*.

<sup>4</sup> *Nemo*: ms add. *enim*.

<sup>5</sup> *tam*: ms *aut*.

<sup>6</sup> Sap 8:1.



*manam salutem providentissime gubernare.*

*Id autem (ne longe abeamus) et nobiscum agi, quotidie cernimus, atque experimur; et praesertim hoc tempore, cum maximo nostro gaudio, praeclare actum esse perspiciamus.*

### Paragone della nave

*Nam cum haec nostra Congregatio, ad Dei gloriam et Ecclesiae aedificationem [316] olim instituta, tamquam navicula, pro sua parvitate, se se hactenus in portu continuerit; nunc vero in dies exrescens grandiorque iam facta, vela solvere, ac maiores in hac christiana Religione navigatione progressus efficere contenderet; sed variis destituta praesidiis, prudentissimo aliquo divinoque moderatore indigere videretur, quo potissimum duce, periculosos huius vitae scopulos evadere, et ad optatissimum tranquillitatis portum appellere aliquando possit<sup>7</sup>: ecce his temporibus, fere praeter omnem expectationem, summa Dei providentia ac benignitate<sup>8</sup> factum est, ut optimum illa sit ac sapientissimum nacta [8] gubernatorem, te, inquam, Cardinalis amplissime; cuius et gravissima auctoritate, veluti anchora firmissima in mediis fluctibus nixa consideret, et eiusdem sapientia ac pietate singulari, ad perpetuae felicitatis cursum tenendum praeclare dirigeretur.*

*Quamvis enim optimis illa quondam orta principiis, praeclarisque a priscis illis nostris religiosissimis Patribus fundata esset institutis, ut quinquaginta iam annos, vel amplius, divina favente gratia, uberrimos in vinea Domini fructus protulerit: tamen, quae nascenti et parvulae<sup>9</sup> Constitutiones olim satis erant, ea nunc iam crescenti et adultae minus sufficere videbantur.*

uomini, allo stesso modo, provvidenzialmente dirige tutte le cose alla salvezza dell'uomo.

Senza voler andare lontano, vediamo e sperimentiamo che questo avviene ogni giorno presso di noi; e soprattutto ci accorgiamo, con nostra grande gioia, che ciò è avvenuto in maniera straordinaria in questi giorni.

Infatti, questa nostra Congregazione, fondata per la gloria di Dio e l'edificazione della Chiesa, finora come una navicella, per la sua piccolezza, se ne era rimasta in porto; ora invece, crescendo di giorno in giorno e diventata ormai adulta, vorrebbe sciogliere le vele e avanzare nella navigazione della religione cristiana. Ma, priva com'è di difese, sembrerebbe aver bisogno di un prudente e santo nocchiero, sotto la cui guida possa evitare gli scogli pericolosi di questa vita e alla fine approdare al sospirato porto della salvezza eterna. Ecco, in questi giorni, oltre ogni aspettativa, per la somma provvidenza e bontà di Dio, è avvenuto che essa abbia trovato in te, Eminentissimo Cardinale, un valido ed esperto timoniere, alla cui nobile autorità aggrapparsi come ad àncora saldissima, per rimanere stabile tra i flutti, e dalla cui saggezza e pietà singolare, essere egregiamente aiutata a mantenere la rotta verso la felicità eterna.

Essa infatti ha avuto ottimi inizi, ed è stata stabilita dai nostri primi santi Padri su solidi istituti, e ha portato, col favore divino, in questi cinquanta e più anni, frutti abbondanti nella vigna del Signore. Tuttavia, le Costituzioni che andavano bene alla nascita o quando era ancora piccola, non sembravano più adeguate ora che sta crescendo ed è divenuta adulta.

<sup>7</sup> *possit*: ms *posset*.

<sup>8</sup> *benignitate*: ms add. *divinitus*.

<sup>9</sup> *parvulae*: ms add. *Congregationi*.

### Riepilogo del processo di revisione delle Costituzioni

*Cum igitur superiore anno, Patres optimi, de rebus nostris omnibus sancte pieque gerendis et ad rectam disciplinam conformandis, deque Constitutionibus iam antea<sup>10</sup> coeptis absolvendis, stabi-  
liendis, et in usum inducendis sapienter cogitaretis; idque, ut par erat, sine consilio et auctoritate Illustrissimi Cardinalis Iohannis Antonii Serbelloni<sup>11</sup> Protectoris nostri, faciendum non esse animadvertetis; atque is cum multis aliis nominibus, tum etiam ob magnum locorum interval-  
lum huic negotio praeesse commode non posset: admirabili Dei providentia, summaque Gregorii Pontificis Maximi, et eiusdem Protectoris<sup>12</sup>, atque adeo nostra voluntate curatum est, ut quae illius [317] hac in re partes erant, eae sanctissimo huic et amplissimo Viro delegarentur: qui non solum gravissima [8<sup>v</sup>] sua<sup>13</sup>, sed etiam suprema ac Pontificia auctoritate sibi delegata<sup>14</sup>, et ea qua praestat omnibus, sapientia, iudicio, ac pietate maxima, Constitutiones ipsas conficiendas curaret, confectas probaret, probatas sanciret et confirmaret; confirmatas denique, in usum inducendas<sup>15</sup> nobis, et servandas<sup>16</sup> traderet.*

*Qua quidem in tantum Virum facta delegatione, ut nihil iucundius aut gratius, ita nihil utilius aut honorificentius nobis, Patres religiosissimi, et universae Congregationi umquam potuisset accidere: ac merito quidem.*

Reverendissimi Padri, l'anno scorso avete a lungo riflettuto su come riorganizzare la nostra vita in modo santo e addeguarla alla retta disciplina, e su come portare a termine, approvare e dare attuazione alle Costituzioni precedentemente iniziate. Come era giusto che fosse, avete pensato bene che ciò non dovesse avvenire senza il consiglio e l'autorità dell'Illustrissimo Cardinale Giovanni Antonio Serbelloni, nostro Protettore. Questi, per svariati motivi, ma soprattutto per la notevole distanza, non poteva presenziare comodamente a questa iniziativa. Così, per l'ammirevole provvidenza di Dio, per volere del Sommo Pontefice Gregorio <XIII> e dello stesso Protettore, ma soprattutto per nostro desiderio, si è fatto in modo che quella che era la sua funzione in questo procedimento, fosse delegata al qui presente Eminentissimo Porporato, il quale, non solo con la sua potestà ordinaria, ma anche con la suprema autorità pontificia a lui delegata, e con la saggezza, il giudizio e la pietà a tutti note, procurasse che le stesse Costituzioni venissero ultimate; una volta ultimate, venissero approvate; una volta approvate, venissero ratificate e confermate; una volta confermate, infine, ci venissero consegnate per essere da noi attuate e osservate.

Con questa delega a Sua Eminenza, non sarebbe potuto mai capitare nulla di più piacevole e gradito, nulla di più utile e onorevole, a noi, Reverendissimi Padri, e all'intera Congregazione. E certo a ragione.

<sup>10</sup> antea: ms diu.

<sup>11</sup> Iohannis Antonii Serbelloni: ms om.

<sup>12</sup> Protectoris: ms add. Illustrissimi.

<sup>13</sup> sua: ms add. ordinaria.

<sup>14</sup> sibi delegata: ms adhibita.

<sup>15</sup> in usum inducendas: ms ad usum traducendas.

<sup>16</sup> servandas: ms observandas.

*Nam quid in his rebus maximis et gravissimis decernendis et constituendis optare potius aut melius, quidve a Deo Optimo Maximo salutaris petere et obtinere poteramus, quam ut eius hominis ope et auspiciis res nostrae transigerentur, qui esset usu rerum prudentissimus, iudicio ac sapientia praestantissimus, iustitia et vitae sanctitate Deo amicissimus, atque cum in omnes homines, tum vero in nostram hanc<sup>17</sup> Congregationem, pro sua benignitate, praecipua quadam caritate et amore propensissimus?*

*Libenter igitur et laeto animo, quae sua est humanitas, Antistes optimus, licet innumerabilibus et maximis perpetuo rebus occupatus, hanc provinciam suscepit.*

*Cumque mense Novembri proximo superiore, huc nobis ad id<sup>18</sup> ipsum convocatis, multos dies ac noctes in eiusmodi negotio pertractando consumpsisset, [9] maximosque labores et incommoda, nostra causa sustinisset, posteaque saepius graves vigilias pertulerit; poterat ille quidem, pro amplissima sua auctoritate, tunc rem totam conficere et absolvere, atque hoc se onere liberare: sed videte, quaeso, incredibilem sapientissimi et humanissimi Viri prudentiam singulari benignitate coniunctam.*

*Ut universis, vel minimis fratribus nostris, hac in re cumulate satisfaceret, atque omnia, ad maiorem Dei gloriam totiusque Or[318]dinis<sup>20</sup> utilitatem, et prudentius decernerentur et sanctius constituerentur; statuit, rem omnem in hoc tempus esse reiiciendam: omnibus interim data facultate, ut si quid esset in hisce Constitutionibus, quod minus alicui probaretur, id*

Infatti, nel definire una questione così delicata, che cosa avremmo potuto desiderare di meglio, che cosa avremmo potuto chiedere e ottenere di più salutare da Dio, che le Costituzioni venissero portate a termine grazie all'opera e all'autorità di un uomo che fosse prudente per l'esperienza, eminente per il discernimento e la saggezza, caro a Dio per la giustizia e la santità della vita, e incline, per la benevolenza, l'eccezionale carità e amore, non solo verso tutti gli uomini, ma anche verso la nostra Congregazione?

Volentieri dunque e con piacere, affabile qual è, l'ottimo Presule, benché sempre occupato in innumerevoli e importantissime affari, ha accettato quest'incarico.

Nel novembre scorso, essendo noi stati qui convocati proprio per questo, ha trascorso molti giorni e notti nella trattazione di tale affare, e ha sostenuto grandi fatiche e incomodi per causa nostra, e nei mesi successivi ha spesso vegliato. Avrebbe potuto tranquillamente, con la sua vasta autorità, completare e portare a termine allora tutta la questione, e liberarsi da questo peso<sup>19</sup>. Ma guardate l'incredibile prudenza e la singolare benevolenza di quest'uomo tanto saggio e gentile.

Per accontentare pienamente in questa faccenda tutti, anche i nostri confratelli più piccoli, e per decidere tutte le cose più ponderatamente e per fissarle più santamente per la maggior gloria di Dio e per il bene dell'Ordine, ha stabilito che tutta la questione venisse rinviata ad ora; dando nel frattempo a tutti la facoltà che, se ci fosse in queste Costitu-

<sup>17</sup> *hanc*: ms om.

<sup>18</sup> *id*: ms *hoc*.

<sup>19</sup> Il Gabuzio riprende qui un concetto espresso dallo stesso Borromeo nella lettera da lui inviata a tutti i Barnabiti il 25 novembre 1578, riportata dal PREMOLI, *Cinquecento*, p. 288 (e qui, nell'*Introduzione storica*, alla nota 52).

<sup>20</sup> *Ordinis*: ms *Congregationis*.

*suo quisque notaret arbitrato, et accuratius considerandum admoneret.*

*Quod quidem et actum est diligenter, et omnibus, quae in unoquoque Collegio animadversa et adnotata sunt, recte perpensis, et ad rectam rationem accommodatis, aspirante Deo, Constitutiones ipsae, omni qua fieri potuit diligentia, maturitate, iudicio ac pietate, perfectae atque absolutae nobis tandem exhibentur<sup>21</sup>.*

*Quare si umquam ullum fuit tempus, in quo Deo maximae<sup>22</sup> gratiae fuerint agenda, hoc profecto esse existimandum est; in quo res nostrae omnes, quae nutare antea, et imperfectae esse videbantur, nunc summo Dei beneficio, summaeque tuae, Cardinalis amplissime, sapientia et auctoritate, vestraeque, Patres optimi, [9<sup>o</sup>] prudentia et industria, perfectae et expeditae sunt, ac plane constitutae.*

*Oh praeclarum hunc diem, aeternaeque memoriae commendandum, qui cum tanto nostro gaudio tantaque laetitia nobis illuxit!*

*Oh felicissimum rerum eventum, quem si veteres illi Patres, Congregationis huius institutores<sup>23</sup>, videre potuissent, se fortunatissimos essent arbitrati?*

*Equidem oratione consequi non possum, Patres religiosissimi, quanta alacritate quantaque voluptate animi nostri compleantur, cum rebus quam plurimis, quae in periculum vocari videbantur, optime constitutis, nunc demum et clariorem lucem intueamur, et augusta faustaque omnia nobis in posterum successura prospiciamus.*

zioni qualcosa che non piacesse molto a qualcuno, ciascuno lo segnalasse liberamente e lo facesse riconsiderare più accuratamente.

Questo è stato fatto con impegno e, dopo aver esaminato attentamente tutte le osservazioni e le annotazioni che erano state fatte in ciascun Collegio, e aver dato loro una sistemazione razionale, per ispirazione divina, le stesse Costituzioni, con tutta la diligenza, la maturità, il giudizio e la pietà che erano possibili, ci vengono ora presentate complete e terminate.

Perciò, se c'è mai stato un tempo, in cui si dovesse rendere sommamente grazie a Dio, senza dubbio è da stimarsi questo, nel quale tutte le nostre cose, che prima sembravano vacillanti ed imperfette, ora, per la grazia di Dio, e per la tua saggezza e autorità, Eminentissimo Cardinale, e per la vostra prudenza e il vostro impegno, ottimi Padri, sono state concluse e sbrigate, e interamente stabilite.

O giorno luminoso, spuntato per noi con tanta nostra gioia e letizia! Dovrà essere ricordato per sempre.

O evento felice! Se i nostri antichi Padri, fondatori di questa Congregazione, avessero potuto vederlo, si sarebbero considerati fortunatissimi.

Davvero, Reverendissimi Padri, non posso esprimere con le parole quanto i nostri animi siano colmi di entusiasmo e di piacere, ora che, ben sistemate la maggior parte delle cose che sembravano in pericolo, vediamo finalmente un po' di luce, e sentiamo che tutte le cose d'ora in poi andranno per noi di bene in meglio.

<sup>21</sup> *exhibentur*: ms *praebentur*.

<sup>22</sup> *maximae*: ms *Optimo Maximo*.

<sup>23</sup> *huius institutores*: ms *fundatores*.



### Risposta alle esigenze di ciascuno

*Nam, ut divinus Isaias est olim vaticinatus, posthac non caligabunt oculi videntium, et aures audientium diligenter auscultabunt: cum uniuscuiusque vitae rationibus et institutis optime consultum sit.*

*Qui enim ad virtutes omnes adipiscendas atque exercendas valde sua sponte iam erant animati, eos ad [319] optima quaeque capessenda et ad praeclarissima quaeque munera obeunda, huiusmodi Constitutiones vehementius incitabunt.*

*Otiosos ac desides, si qui erant, assidua honestarum rerum ac virtutum occupabit exercitatio: ac si quibus ignorantiae tenebris nonnullorum mentes offundebantur, eas olim intermissa, nunc ad usum revocata bonarum litterarum studia, divina [10] praevalente gratia, discutient ac propellent<sup>25</sup>.*

*Suus praeterea virtuti locus relinquetur, suus maioribus, suus optimo cuique honos<sup>26</sup> habebitur: nullum virtutibus praemium, nullum vitiis remedium desiderabitur: nihil inordinatum, nihil confusum, nihil perturbatum videbimus.*

*Postremo ita ad verum Dei cultum retinendum, et ad nos ipsos aliosque virtutibus excolendos, ad sinceramque religionem conformandos, ordinata certaue ratione disposita sunt omnia, ut ad summam in terris tranquillitatem et pacem, ad aeternamque in caelis felicitatem consequendam, nihil in praeclaris hisce Constitutionibus deesse videatur.*

Infatti, come il profeta Isaia un tempo vaticinò, d'ora in poi *non saranno più accecati gli occhi di chi vede e gli orecchi di chi sente staranno attenti<sup>24</sup>*, dal momento che si è provveduto adeguatamente al modo di vivere e alle abitudini di ciascuno.

Quanti infatti erano già intenti a conseguire e a esercitare di loro iniziativa tutte le virtù, saranno ancor più incitati da queste Costituzioni a intraprendere le migliori iniziative e ad abbracciare i compiti più nobili.

Gli sfaccendati e gli inoperosi, se ce n'erano, saranno tenuti occupati dall'esercizio assiduo di attività oneste e delle virtù; e se le menti di alcuni erano offuscate dalle tenebre dell'ignoranza, gli studi letterari, un tempo interrotti e ora ripristinati, e l'illuminazione della grazia di Dio, le squarceranno e le diraderanno.

Sarà inoltre accordato alla virtù il posto che le compete, sarà dato ai maggiori e a tutti i migliori l'onore che spetta loro; non mancherà il premio alle virtù, né il rimedio ai vizi; non vedremo nulla di disordinato, nulla di confuso, nulla di sregolato.

Tutto infine è stato disposto in maniera ordinata e precisa per mantenere il vero culto di Dio, per adornare noi stessi e gli altri di virtù, e per conformarci alla vita religiosa autentica. In tal modo non sembra mancare nulla a queste Costituzioni per conseguire sulla terra il massimo della tranquillità e pace e in cielo la felicità eterna.

<sup>24</sup> Is 32:3.

<sup>25</sup> *discutient ac propellent: ms disciient ac profligabunt.*

<sup>26</sup> *honos: ms honor.*

### Necessaria accoglienza e attuazione delle Costituzioni

*Sed quemadmodum aegrotantibus salutare medicamentum compositum ac paratum, nihil prodest ad morbum depellendum, nisi sumatur, ac per venas in omne corpus diffundatur; ita profecto nihil iuvat optimas leges condere, sanctaque decreta sancire, nisi haec ab iis, ad quorum salutem statuta sunt, libenter excipiantur, summaque animorum consensione comprobata, ad usum et exercitationem prompte deducantur<sup>27</sup>.*

*Quamobrem inane nobis esset hoc singulare Dei beneficium, irriti labores maximi et conatus Cardinalis huius sanctissimi, inanesque<sup>28</sup> et inutiles omnino essent isti sudores et concursus vestri omnes, Patres optimi, si, tam praeclara occasione praetermissa, leges istae et Constitutiones aut reicerentur<sup>29</sup>, aut minus libenter susciperentur a nobis, aut negligenter [10<sup>o</sup>] ad usum ducerentur<sup>30</sup>.*

*Quod quidem malum, tamquam innumerabilium incommodorum causam, nos omnes diligenter evitatuos esse non dubitat [320] Cardinalis amplissimus: quin etiam hoc Summo Pontifici Gregorio, hoc Illustrissimo Cardinali Protectori nostro, hoc bonis denique omnibus<sup>31</sup> persuasum est, nimirum: cunctis<sup>32</sup>, quae ab hoc sanctissimo Viro recte pieque decreta<sup>33</sup> fuerint, nos acquietuos esse libentissime, et Constitutiones ipsas summa Pontificis Maximi, et<sup>34</sup> illius auctoritate comprobata, omni veneratione complexuros.*

Ma come ai malati non serve a scacciare la malattia la preparazione di un'efficace medicina, se essa non viene assunta e non si diffonde attraverso le vene in tutto il corpo, così certamente non giova a nulla fare ottime leggi e approvare santi decreti, se essi non vengono accolti volentieri da coloro per il cui bene sono stati stabiliti, se non possono contare sull'unanime consenso degli interessati e non sono portati prontamente a esecuzione.

Perciò sarebbe per noi inutile questo singolare beneficio di Dio, «sarebbero» vane le fatiche e gli sforzi di questo Eminentissimo Cardinale, sarebbero totalmente inutili i vostri sudori e tutte le vostre riunioni, ottimi Padri, se, lasciandovi sfuggire un'occasione così straordinaria, queste leggi e Costituzioni dovessero essere rifiutate, o accolte poco volentieri, o attuate negligenemente.

Il qui presente Cardinale non dubita che tutti noi eviteremo accuratamente questo male, che può essere causa di innumerevoli danni. Il Sommo Pontefice Gregorio <XIII>, l'Illustrissimo Cardinale Protettore e tutte le anime buone sono convinte che noi acconsentiremo certo molto volentieri a tutte le norme che sono state opportunamente disposte da Sua Eminenza, e che abbracceremo con la massima venerazione le stesse Costituzioni, approvate con la propria autorità e con quella suprema del Sommo Pontefice.

<sup>27</sup> *deducantur*: ms *adhibeantur*.

<sup>28</sup> *inanesque*: ms *inanes*.

<sup>29</sup> *aut reicerentur*: ms om.

<sup>30</sup> *ad usum ducerentur*: ms *observarentur*.

<sup>31</sup> *omnibus*: ms add. *omnino*.

<sup>32</sup> *nimirum cunctis*: ms *rebus nimirum universis*.

<sup>33</sup> *decreta*: ms *sancitae*.

<sup>34</sup> *Pontificis Maximi et*: ms om.

### Motivi di accoglienza

*Atque ad hanc quidem voluntatem cum multa sunt, quae nos vehementer debent incitare, tum vel maxime, quod huiusmodi Constitutiones a Deo<sup>35</sup> sunt; quod ab eodem per sanctissimi huius et amicissimi sui Pontificis manus nobis traduntur; quod non solum utiles, sed necessariae quoque sunt ad bene religioseque vivendum; denique quod eo tempore factae<sup>36</sup>, quo commodius confici, ac melius ad usum accommodari numquam<sup>37</sup> potuissent.*

*Quae ne me quisquam sine causa dixisse arbitretur, omnia singillatim ac breviter demonstrabo.*

*Ac primum quidem, Deum<sup>38</sup> condendarum legum causam et auctorem esse, testis est omnis antiquitas, testes et multi rerum divinarum scriptores.*

*Nam (si mihi in hoc sacro loco, et gravissimo consensu licet profana sacris admiscere)<sup>39</sup> ingenii princeps atque doctrinae [11] Plato, fundasse leges Deum voluit, qui recta quadam legis regula cuncta determinaverit.*

*Id ipsum praeterea Cicero, idem Demosthenes, duo eloquentiae flumina, censuerunt.<sup>41</sup> quorum alter, legem rectam esse summi Iovis rationem, scriptum reliquit; alter vero inventum ac donum deorum legem appellavit.*

Ci sono certo molti motivi che devono incitarci fortemente a questa disponibilità, ma in particolare il fatto che queste Costituzioni vengono da Dio; il fatto che ci vengono consegnate da lui per mezzo di questo santo e a lui caro Pontefice; il fatto che sono non solo utili, ma anche necessarie per vivere bene da religiosi; infine il fatto che hanno visto la luce nel miglior momento possibile per essere tranquillamente completate ed essere portate agevolmente a esecuzione.

Perché nessuno pensi che quanto dico sia senza fondamento, dimostrerò brevemente ogni singolo punto.

#### “Queste Costituzioni vengono da Dio”

Innanzitutto, che Dio sia causa e autore dell’istituzione delle leggi, ne è testimone la storia intera, ma ne sono testimoni anche molti scrittori sacri.

Infatti — se mi è lecito in questo luogo sacro e in questo solenne consesso confondere sacro e profano — il principe della riflessione e dell’insegnamento «filosofico», Platone, sostiene che le leggi sono state stabilite da Dio<sup>40</sup>, il quale regola ogni cosa con una precisa norma di legge.

Lo stesso inoltre pensarono i due “fiumi di eloquenza” Cicerone e Demostene, uno dei quali lasciò scritto che la legge è la retta ragione del sommo Giove<sup>42</sup>, l’altro chiamò la legge invenzione e dono degli dèi<sup>43</sup>.

<sup>35</sup> Deo: ms add. Optimo Maximo.

<sup>36</sup> factae: ms add. sunt et constitutae.

<sup>37</sup> numquam: ms unquam.

<sup>38</sup> Deum: ms add. Optimum Maximum.

<sup>39</sup> (si mihi in hoc sacro loco, et gravissimo consensu licet profana sacris admiscere):

ms om.

<sup>40</sup> PLATONE, *Le leggi*, I, 624a.

<sup>41</sup> flumina censuerunt: ms lumina clarissima senserunt.

<sup>42</sup> «Lex vera atque princeps, apta ad iubendum et ad vetandum, ratio est recta summi Jovis» (CICERONE, *De legibus*, II, 4, 10).

<sup>43</sup> «πᾶς ἐστὶ νόμος εὐρημα μὲν καὶ δῶρον θεῶν» (PSEUDO-DEMOSTENE, *I orazione contro Aristogitone*, XXV orazione del *Corpus Demosthenicum*); «Lex omnis inventio et donum Dei est» (*Digesto*, III, 2)

*Ac propterea, non sine causa fictis fabulis, doctissimi homines memoriae prodiderunt, a Iove Minoëm, ab Apolline Lycurgum, a Minerva Solonem, ab Aegeria<sup>44</sup> Numam Pompilium leges accepisse.*

*Atque idem Plato (in Protagora) ceteras omnes disciplinas a Prometheo, scilicet ab humana providentia; solas leges a Iove per Mercurium, hoc est a Deo per Angelum, ut Ficinus interpretatur<sup>45</sup>, datas esse commemorat<sup>46</sup>.*

*Sed quid ego exter[321]na ac profana ethnicorum testimonia recolo<sup>49</sup>, cum leges omnes, quae iustae sanctaeque sunt, a summo veroque Deo<sup>50</sup> nobis dari, gravissima sacrarum litterarum ubique probet<sup>51</sup> auctoritas?*

*Quis enim ignorat, et clarum illud conscientiae lumen, quam nos legem naturalem appellamus, mentibus nostris a Deo inditum esse, et Moysen in monte Sina de vita gubernanda a Deo leges habuisse?*

*Quin etiam optimus ille legislator Christus, Deus ac Dominus noster, ne leges ab hominibus tantum<sup>52</sup> latas esse quisquam<sup>53</sup> putaret, atque eas propterea parvifaceret, ipsemet voluit legem ferre salutarem, quam voce [11<sup>v</sup>] Dei Patris e caelo<sup>54</sup> delapsa dicentis: Ipsum audite: comprobata nobis, conservandamque<sup>55</sup> commendavit.*

E per questo, dando motivo al sorgere di leggende, i dotti autori tramandarono ai posteri che Minosse ricevette le leggi da Giove, Licurgo da Apollo, Solone da Minerva, Numa Pompilio da Egeria.

E il medesimo Platone, nel *Protagora*<sup>47</sup>, ricorda che tutte le arti sono state date da Prometeo, vale a dire dall'umana provvidenza; solo le leggi «sono state date» da Giove attraverso Mercurio, cioè — secondo l'interpretazione di Ficino<sup>48</sup> — da Dio per mezzo dell'angelo.

Ma perché io richiamo le testimonianze straniere e profane dei pagani, quando la suprema autorità delle Scritture attesta dappertutto che tutte le leggi giuste e sante ci vengono date dal sommo e vero Dio?

Chi ignora infatti che anche quella chiara luce della coscienza, che noi chiamiamo “legge naturale”, è stata messa nelle nostre menti da Dio, e che Mosè, sul monte Sinai, ha ricevuto da Dio le leggi per governare la vita?

Anzi quel grande legislatore che fu Cristo, Dio e Signore nostro, affinché nessuno fosse portato a sottovalutare le leggi, pensando che fossero date solo dagli uomini, lui stesso volle portare una legge salutare che, approvata dalla voce del Padre discesa dal cielo: *Ascoltatelo!*<sup>56</sup>, ci raccomandò di osservare.

<sup>44</sup> La corretta grafia dovrebbe essere *Egeria*.

<sup>45</sup> *ut Ficinus interpretatur*: ms om.

<sup>46</sup> *commemoratur*: ms *confirmat*.

<sup>47</sup> PLATONE, *Protagora*, 320c-322d.

<sup>48</sup> MARSILIO FICINO, *Commentarium in Protagoram*: «Iupiter per Mercurium, id est per angelum divinae voluntatis interpretem, civilis scientiae leges, id est voluntatis suae decreta ad humanae societatis generisque salutem spectantia mentibus nostris inscribit» (*Divini Platonis Opera omnia Marsilio Ficino interprete*, Lugduni, 1557, p. 156).

<sup>49</sup> *recolo*: ms *commemoro*.

<sup>50</sup> *summo veroque Deo*: ms *Deo Optimo Maximo*.

<sup>51</sup> *probet*: ms *testetur*.

<sup>52</sup> *tantum*: ms. *solum*.

<sup>53</sup> *quisquam*: ms *quispian*.

<sup>54</sup> *e caelo*: ms *coelitus*.

<sup>55</sup> *conservandamque*: ms *observandam*.

<sup>56</sup> Mt 17:5; Mc 9:7; Lc 9:35.



*At vero non solum naturalis scriptaque divina lex, sed etiam quae quotidie ab hominibus sanctiones recte constituuntur, Deum Maximum habent auctorem.*

*Quod sane vel una aeternae ipsius Sapientiae auctoritate<sup>57</sup> certissimum esse confirmatur, cum ait:<sup>58</sup> Per me reges regnant, et legum conditores<sup>59</sup> iusta decernunt.*

*Cum igitur hae nostrae Constitutiones, ad divinum cultum nostramque salutem confectae, a Deo nobis offerantur, quis non eas libentissime suscipiat, aut non summopere<sup>61</sup> veneretur?*

**“Esse ci vengono consegnate per mezzo di questo santo Pontefice”**

*Sed quoniam, quae Deus in Ecclesia sua fieri voluit, ea certo quodam hominum ministerio, praesertimque eorum, qui potestatem<sup>62</sup> eius in terris gerunt, opera et studio facienda esse decrevit<sup>63</sup>; idcirco Constitutiones istas per manus sanctissimi huius ministri sui, omni Pontificia hac in re auctoritate praediti, nobis praebendas curavit.*

*In quo, sive publicam sive privatam personam spectemus, multa magnaque undique sunt incitamenta, quae nos ad hanc tam praeclarum bonum divinitus oblatum amplectendum, vehementer cohortantur.*

*Nam si publicam, a qua id datur, personam consideremus, ea est, quae supremam et maximam in terris [322] auctoritatem delegatam<sup>64</sup> habens, [12] Dei Omnipotentis personam<sup>65</sup> gerit, atque*

Ma non solo la legge divina — naturale e scritta — ma anche le giuste disposizioni che ogni giorno vengono emanate dagli uomini hanno Dio come loro autore ultimo.

Che questo sia vero è affermato dall'autorità dell'eterna Sapienza, quando dice: *Per mezzo mio regnano i re e i legislatori promulgano giusti decreti*<sup>60</sup>.

Visto dunque che queste nostre Costituzioni, scritte per la gloria di Dio e per la nostra salvezza, ci vengono offerte da Dio, chi non le riceverà volentieri o non ne avrà somma venerazione?

Ma siccome ciò che avviene nella Chiesa, Dio vuole che si faccia attraverso il ministero degli uomini, soprattutto per opera e cura di coloro che amministrano il suo potere sulla terra, ha disposto che queste Costituzioni ci fossero consegnate per le mani di questo suo ministro, fornito di tutta l'autorità pontificia in materia.

In lui, sia che guardiamo la sua funzione pubblica sia la sua figura privata, troveremo da ogni parte molti e grandi incitamenti, che ci stimolano fortemente ad accogliere questo straordinario dono di Dio.

Infatti, se consideriamo la sua funzione pubblica, dalla quale questo dono ci è dato, si tratta di colui che, rivestito sulla terra della suprema autorità delegata, fa le veci di Dio onnipotente; è uno di

<sup>57</sup> *una aeternae ipsius Sapientiae auctoritate: ms uno aeternae ipsius veritatis testimonio.*

<sup>58</sup> *ait: ms inquit.*

<sup>59</sup> *legum conditores: ms conditores legum.*

<sup>60</sup> Pr 8:15. La NV (e con lei tutte le moderne traduzioni) ha sostituito *legum conditores* con *principes*.

<sup>61</sup> *summopere: ms vehementer observet colat ac.*

<sup>62</sup> *potestatem: ms vices.*

<sup>63</sup> *decrevit: ms determinavit.*

<sup>64</sup> *delegatam: ms om.*

<sup>65</sup> *personam: ms vices.*

*unus ex iis, quibus Christus Dominus ait: Qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit.*

*Quod si privatam hominis conditionem attendamus, eum esse videbimus, quem singulari vitae sanctitate, omnique genere virtutum<sup>67</sup> praecellentem omnes admirantur et colunt, ac Deo quam gratissimum existimant.*

*Quare si quondam Athenienses tanti leges illas faciebant, quod eas, ut superstitione credebant<sup>68</sup>, a Pallade per Solonem accepissent; si Lacedaemonii tantopere leges ab Apolline per Lycurgum acceptas venerabantur; si Cretenses tanta cum religione leges suas per<sup>69</sup> Iovem Minoemque legislatorem colebant; si denique Romani tantum legibus illis a Numa Pompilio conditis<sup>70</sup> deferebant: qua veneratione, Patres optimi, qua alacritate, qua<sup>71</sup> prompta, piaque voluntate has nos salutare Constitutiones et leges nostras accipere, complecti et conservare<sup>72</sup> debemus, quae non ab inanibus diis, sed a Deo Omnipotente<sup>73</sup>, et ab eius in terris potestatem<sup>74</sup> gerente, homineque sanctissimo, nobis tam benigne proponuntur?*

*Sed dubitare nemo debet, Patres prudentissimi, quin tam praeclarum Dei beneficium gratis animis agnoscatis, ac caeleste donum, ad communem<sup>75</sup> omnium nostrum salutem divinitus oblatum, libentissime suscipiatis.*

**“Esse sono, oltre che utili, necessarie per vivere bene da religiosi”**

*Quod<sup>76</sup> nunc reliquum est explicandum, has nimirum Constitutiones propterea*

quelli a cui Cristo Signore dice: *Chi ascolta voi ascolta me, chi disprezza voi disprezza me<sup>66</sup>.*

Se poi volgiamo l'attenzione alla condizione privata della persona, vedremo che si tratta di uno che tutti ammirano e riconoscono insigne per la singolare santità di vita e per ogni genere di virtù, e stimano carissimo a Dio.

Perciò, se un tempo gli Ateniesi davano tanta importanza alle leggi che superstiziosamente credevano di aver ricevute da Pallade attraverso Solone; se gli Spartani a tal punto veneravano le leggi come se le avessero ricevute da Apollo attraverso Licurgo; se i Cretesi tanto scrupolosamente rispettavano le loro leggi per Giove e il legislatore Minosse; se infine i Romani erano tanto ossequiosi con le leggi fatte da Numa Pompilio; con quale devozione, ottimi Padri, con quale entusiasmo, con quale pronta e pia volontà non dobbiamo noi ricevere, accogliere e osservare queste salutari Costituzioni, che ci vengono proposte tanto benevolmente non da false divinità, ma dal Dio onnipotente e da quest'uomo santo, suo rappresentante sulla terra?

Nessuno deve esitare, Reverendissimi Padri, a riconoscere con animo grato un così straordinario beneficio di Dio, e a ricevere di buon grado il dono celeste, offerto da Dio per la nostra salvezza.

Ciò che ora rimane da spiegare — che cioè queste Costituzioni sono da acco-

<sup>66</sup> Lc 10:16.

<sup>67</sup> genere virtutum: ms virtutum genere.

<sup>68</sup> ut superstitione credebant: ms om.

<sup>69</sup> per: ms propter.

<sup>70</sup> conditis: ms Aegeriae consilio latis.

<sup>71</sup> qua: ms quam.

<sup>72</sup> conservare: ms observare.

<sup>73</sup> Omnipotente: ms vero et maximo.

<sup>74</sup> potestatem: ms vices.

<sup>75</sup> communem: ms om.

<sup>76</sup> Quod: ms add. vero.

*quoque vehementer amplectendas esse, quod ad totius Congregationis statum [12<sup>v</sup>] optime tuendum et augendum non perutiles solum, sed admodum etiam<sup>77</sup> necessariae<sup>78</sup> sint<sup>79</sup>, id ego plurimis<sup>80</sup> declararem, nisi res ipsa de se loqui perspicue videretur.*

*Quis enim ignorare potest aut debet, nullum hominum coetum nullamque societatem sine certis legibus, quibus humana vita solet gubernari, non modo non recte vivere, sed ne consistere quidem diu posse?*

*Etenim, nisi Congregatio<sup>81</sup> quam primum Constitutionibus communiretur [323] suis<sup>82</sup>, hoc praeter cetera consequeretur incommodum, ut qui in illa Praepositi gubernacula tenerent, omnes arbitratu suo regere<sup>83</sup>, omnes, quod sibi melius<sup>84</sup> videretur, fieri omnino vellent: ex quo fortuito et incerto gubernandi genere omnium animi vehementer solent perturbari, et dum<sup>85</sup> quae via tenenda sit ignorant, magno<sup>86</sup> in periculo versantur.*

*Quid enim salutis sperandum esset, si quis navis moderator nulla gubernaculi<sup>87</sup> regula, nullaque certa ratione, sed ad voluntatem suam<sup>88</sup> auderet moderari?*

*Certe<sup>89</sup> calamitosum potius naufragium expectandum esset, quam prospera navigatio.*

*Itidem autem evenit in hac perdifficili<sup>90</sup> humanae vitae quasi navigatione dirigen-*

gliere con entusiasmo perché sono non solo utilissime, ma addirittura necessarie a conservare e incrementare lo stato dell'intera Congregazione — io lo dichiarerei in svariati modi, se la cosa non fosse eloquente di suo.

Chi ignora infatti che nessuna aggregazione umana e nessuna società potrebbe non solo vivere bene, ma neppure resistere a lungo senza leggi certe, con cui di solito la vita umana è regolata?

Infatti, se una Congregazione non fosse munita quanto prima di Costituzioni, ne seguirebbe, tra gli altri inconvenienti, che i Superiori che in essa esercitano l'autorità, governerebbero tutti a loro arbitrio, vorrebbero tutti che si facesse ciò che a loro sembra meglio. Ma da questo modo di governare casuale e incerto gli animi di tutti sono in genere fortemente turbati e, mentre ignorano quale sia la strada da percorrere, versano in grave pericolo.

Che salvezza si può sperare, se il nocchiero della nave pretendesse di dirigere la nave senza alcuna regola di governo, senza una norma sicura, ma a sua discrezione?

Certamente ci sarebbe da aspettarsi un disastroso naufragio piuttosto che una tranquilla navigazione.

Allo stesso modo accade nel dirigere questa difficile "navigazione" della vita

<sup>77</sup> *etiam*: ms om.

<sup>78</sup> *necessariae*: ms add. *quoque*.

<sup>79</sup> *sint*: ms *sunt*.

<sup>80</sup> *plurimis*: ms *pluribus*.

<sup>81</sup> *Congregatio*: ms add. *suis*.

<sup>82</sup> *suis*: ms om.

<sup>83</sup> *regere*: ms *gubernare*.

<sup>84</sup> *melius*: ms add. *esse*.

<sup>85</sup> *dum*: ms om.

<sup>86</sup> *magno*: ms *magnoque*.

<sup>87</sup> *gubernaculi*: ms *gubernandi*.

<sup>88</sup> *suam*: ms add. *navem*.

<sup>89</sup> *Certe*: ms add. *enim*.

<sup>90</sup> *perdifficili*: ms *difficili*.

da: *in qua tanto gravius imminet periculum, quo<sup>91</sup> anima praestantior est corpore, et quo pluris est unius religiosae Sodalitatis<sup>92</sup>, quam cuiuslibet ampli navigii salus aestimanda.*

[13] *Cui quidem malo et aliis plerisque gravissimis incommodis, harum sanctione Constitutionum optime occurritur.*

umana, nella quale tanto piú gravemente sovrasta il pericolo, quanto piú l'anima è piú eccellente del corpo, e quanto piú è da stimare la conservazione di un istituto religioso che quella di una qualsiasi nave.

A questo male e alla maggior parte di altri gravissimi inconvenienti si rimedia con la promulgazione di queste Costituzioni.

**“Esse hanno visto la luce nel momento piú adatto”**

*Sed si tempora praeterea, in quae huiusmodi rerum incidit constitutio, diligenter consideremus, nullum tempus aptius, nullum opportunius hoc ad agendum esse posse intelligemus.*

*Nam quemadmodum tenerae aetatis adolescentibus longe commodius et facilius instituendae vitae praecepta traduntur, quam adultis, aut constanti aetate viris, qui non tam facile, ut illi<sup>93</sup>, de sententia dimoventur, et<sup>94</sup> quo velis, ad bonum flectuntur; ita sane nihil opportunius nihilque commodius fieri potuit, quam ut hoc tempore huic Societati<sup>95</sup> olim parvulae, nunc adolescenti in diesque crescenti, leges et Constitutiones praescriberentur, ad quas tanto illa se facilius ac libentius accommodabit, quanto adultae et aliis moribus assuefactae, inveteratam vivendi consuetudinem immutare difficilius esse videretur.*

*In quo tamen suspicari nemo debet, res ita constitutas esse et a consueta vivendi ratione remotas, ut ad novum quasi et inusitatum vitae genus nuper sit nobis accedendum.*

*Siquidem ita instaurata, ad novamque formam redacta sunt omnia, ut a veteri*

Ma se, oltre a ciò, consideriamo attentamente i tempi in cui avviene la pubblicazione di tali Costituzioni, capiremo che nessun tempo poteva essere piú adatto e piú opportuno di questo per agire.

È infatti molto piú comodo e piú facile trasmettere le regole per educare alla vita ai giovani di tenera età piuttosto che agli adulti o agli uomini di età matura, che non si smuovono tanto facilmente, come quelli, dal proprio parere, e non si piegano al bene fin dove si vuole. Allo stesso modo, non si poteva fare nulla di piú opportuno e di piú comodo che prescrivere ora a questa Congregazione — un tempo piccola, ma che ora sta crescendo di giorno in giorno — leggi e Costituzioni, a cui tanto piú facilmente e volentieri essa si adatterà, quanto piú difficile risulterebbe ad essa, adulta e assuefatta ad altri costumi, mutare una inveterata consuetudine di vita.

Con ciò non si deve arguire che le cose sono messe in tal modo e lontane dal consueto modo di vivere, che ora dobbiamo abbracciare un genere di vita pressoché nuovo e inusitato.

Semmai, tutte le cose sono state restaurate e ridotte a nuova forma in modo

<sup>91</sup> quo: ms quanto.

<sup>92</sup> religiosae Sodalitatis: ms Congregationis.

<sup>93</sup> illi: ms add. vel.

<sup>94</sup> et: ms vel.

<sup>95</sup> Societati: ms Congregationi.



*Patrum nostrorum disciplina et institutis non discedentes, qua coepimus via, christiana perfectionis cursum [13<sup>v</sup>] tenere facile possimus.*

*Quae cum ita sint, urgenda<sup>96</sup> omnino est<sup>97</sup> haec tam praeclara, quae nunc ultro<sup>98</sup> se se offert, occasio, neque ullo modo res videtur<sup>99</sup> in posterum esse procrastinanda: nam, ut dici solet, semper nocuit differre paratis.*

### Perorazione

*Cum igitur, ut iam ad extremum mea perducatur oratio, summa Dei providentia ac benignitate nunc factum sit, ut optimo aliquo ac tuto loco res nostrae collocarentur; et Constitutiones, sine quibus Congregationis salus consistere non potest, gravissima planeque divina Summi Pontificis, et optimi huius Cardinalis, illius, immo Dei personam<sup>101</sup> gerentis, auctoritate comprobatae, divinitus nobis et opportune traderentur: vestrae nunc partes sunt, Patres prudentissimi, vestraeque in Deum et hanc Congregationem pietatis, et immensam Dei beneficentiam agnoscere, et singularem sanctissimi huius<sup>102</sup> Pontificis in nos benignitatem, multis olim argumentis, et nunc potissimum tantis laboribus pro nobis exantlatis, egregie declaratam, amplecti, immortalique memoriae commendare<sup>103</sup>.*

che, non allontanandoci dall'antica disciplina e dagli istituti dei nostri Padri, possiamo facilmente continuare il cammino della cristiana perfezione sulla stessa strada che abbiamo intrapreso.

Stando così le cose, bisogna cogliere prontamente questa splendida occasione, che ora senza nostro merito si presenta, e in nessun modo sembra che la cosa si debba rinviare; infatti, come si suol dire, *per chi è pronto è sempre stato dannoso rimandare*<sup>100</sup>.

Per concludere ormai il mio discorso, siccome, per la somma provvidenza e bontà di Dio, è ora avvenuto che tutto si sistemasse nel migliore dei modi e che ci fossero consegnate, per volere di Dio e al momento giusto, le Costituzioni — senza le quali non può esserci il bene della Congregazione — approvate dall'autorità del Sommo Pontefice e di questo Eminentissimo Cardinale, rappresentante suo, anzi di Dio stesso; sta a voi ora, Reverendissimi Padri, sta alla vostra pietà verso Dio e questa Congregazione, riconoscere l'immenso amore di Dio e apprezzare e immortalare la singolare benevolenza di questo santo Pontefice verso di noi, egregiamente dimostrata in passato con innumerevoli segni e soprattutto ora con tante fatiche sopportate per noi.

<sup>96</sup> *urgenda*: ms *vergenda*.

<sup>97</sup> *est*: ms add. *diligenterque arripienda*.

<sup>98</sup> *ultro*: ms add. *nobis*.

<sup>99</sup> *videtur*: ms add. *nisi cum summo nostro detrimento*.

<sup>100</sup> MARCO ANNEO LUCANO, *Pharsalia*, I, 281. Il detto completo è: «*Tolle moras; semper nocuit differre paratis*». Letteralmente: «Tronca gli indugi, fu sempre dannoso il differire a chi è pronto [a operare]». Cf. DANTE ALIGHIERI, *Divina Commedia*: «Questi [scil. Curione], scacciato, il dubitar sommerse | in Cesare, affermando che 'l fornito | sempre con danno l'attender sofferse» (*Inferno*, XXVIII, 97-99).

<sup>101</sup> *personam*: ms *vicem*.

<sup>102</sup> *sanctissimi huius*: ms *huius sanctissimi*.

<sup>103</sup> *commendare*: ms add. *Id enim a vobis bonorum virorum expectatio, sanctum vitae institutum, summa in Deum [14] pietas, et sacrosancta religio uno, eodemque tempore postulat, implorat, exposcit* (cf. *infra*, nota 116).

*Sed iam vultus vestros laetissimos intueor, Patres optimi, et in iis animos ad praeclara quaeque promptissimos intelligo: ut nihil, nisi sanctum, nihil nisi pium, nihil nisi divinum, cogitare videamini.*

*Quamobrem, quod vestri muneris est<sup>104</sup>, id<sup>105</sup> cumulate ac diligenter<sup>106</sup> praestate: quam apud bonos omnes de his rebus optime gerendis expectationem<sup>107</sup> iam diu concitastis, eam<sup>108</sup> egregie sustinete.<sup>109</sup> et Constitutiones istas, tamquam salutare medicamentum a caelesti illo medico nobis adhibitum, et a sapientissimis eius ministris compositum ac propinatum, alacriter excipite.*

*Est enim tam ad omnes animorum morbos tollendos, quam ad bonam totius Congregationis quasi<sup>110</sup> valetudinem integritatemque<sup>111</sup> tuen[325]dam, accomodatissimum.*

*At vero<sup>112</sup>, quoniam singulis<sup>113</sup> corporis partibus medicina prodesse non potest, nisi prius per os et caput in omne corpus influat ac diffundatur; ita et vos certo scitote, si hoc opportunum Constitutionum remedium inferioribus Congregationis membris salubre esse desideratis, oportere vos, qui quasi capita illorum estis, prius hoc salutis poculum haurire, et exemplo vestro in his legibus conservandis<sup>114</sup> ceteros<sup>115</sup> anteire.*

*Atque id a nobis sanctum vitae institutum, summa in Deum pietas, et sacrosancta religio uno eodemque tempore, postulat, implorat, exposcit<sup>116</sup>.*

Ma già vedo i vostri volti pieni di gioia, ottimi Padri, e attraverso di essi intuisco che i vostri animi sono pronti a ogni grande impresa, al punto che sembrate aver di mira solo ciò che è santo, solo ciò che è pio, solo ciò che è divino.

Pertanto, completate ed eseguite diligentemente il vostro compito; ponete termine all'attesa, ormai da gran tempo suscitata presso tutti i buoni, che queste cose sarebbero state trattate bene; accogliete con entusiasmo queste Costituzioni come una medicina salutare prescritta dal Medico celeste e preparata e somministrata dai suoi abilissimi infermieri.

È una medicina efficacissima tanto a guarire tutte le malattie spirituali, quanto a preservare la buona salute e l'integrità dell'intera Congregazione.

Orbene, una medicina non può portare giovamento alle singole parti del corpo, se prima non penetra in tutto il corpo attraverso la bocca e il capo. Allo stesso modo, sappiate di certo che, se desiderate che questo opportuno rimedio delle Costituzioni faccia effetto alle membra inferiori della Congregazione, bisogna prima che voi, che siete per così dire i loro capi, beviate questa pozione salutare, e col vostro esempio precediate gli altri nell'osservanza di queste leggi.

Questo ci domandano, richiedono, impongono simultaneamente la regola di vita, la pietà verso Dio e la vita religiosa.

<sup>104</sup> *vestri muneris est: ms speratur ab omnibus.*

<sup>105</sup> *id: ms add. re ipsa.*

<sup>106</sup> *ac diligenter: ms om.*

<sup>107</sup> *apud bonos omnes de his rebus optime gerendis expectationem: ms de vobis certam rerum nostrarum optime constituendarum expectationem apud bonos omnes.*

<sup>108</sup> *eam: ms add. nunc.*

<sup>109</sup> *sustinete: ms add. vel potius superate.*

<sup>110</sup> *quasi: ms om.*

<sup>111</sup> *integritatemque: ms om.*

<sup>112</sup> *At vero: ms. verum.*

<sup>113</sup> *singulis: ms ut scitis.*

<sup>114</sup> *conservandis: ms observandis.*

<sup>115</sup> *ceteros: ms add. omnes.*

<sup>116</sup> *Atque ... exposcit: ms om. (cf. supra, nota 103).*

*Constitutiones optima illae quidem sanctaeque sunt: sed scripta lex mortua res est*<sup>117</sup>.

*Lex autem viva vos estis: quippe quos omnes, Patres et vocant et colunt; quosque, tamquam optimos religiosae vitae magistros, ad imitandum sibi proponunt, et ad vestram laudabilem vitae rationem mores suos conformare student*<sup>118</sup>.

*Neque vero durum aut molestum videatur, his nos*<sup>119</sup> *sanctarum [14<sup>v</sup>] praeceptionum vinculis, et divinae caritatis quasi catenis alligari atque constringi: cum intueamur caput nostrum, Christum Dominum, nostrae salutis causa voluisse, et in angusto Virginis utero concludi, et arctissimis fasciis colligari, et Iudaeorum, immo peccatorum nostrorum vinculis adstringi, ac denique in cruce clavis acerbissime configi.*

*Ad hoc enim parentes, patriam*<sup>120</sup> *, saeculi libertatem, et carissima quaeque*<sup>121</sup> *reliquimus, et hoc caelestis vitae genus amplexati sumus, ut mundo mortui, Christo vivamus; et arctam religionis viam insistentes, aeternam illam immortalitatis gloriam, Dei misericordia, tandem*<sup>122</sup> *consequamur.*

*Quod profecto nobis cumulate feliciterque continget, si quae Deo polliciti sumus, accurate praestantes, legesque istas et sacras sanctiones religiose observantes, qua debemus mutua inter nos caritate atque concordia, hoc brevis vitae spatium percurrerimus*<sup>123</sup>.

## Ringraziamenti

[326] *Reliquum nunc est, ut primum Deo*<sup>124</sup> *, qui nos hoc loco ad ipsum colen-*

Queste Costituzioni sono ottime e sante; ma la legge scritta è una cosa morta.

La legge viva siete voi: tutti vi chiamano e onorano come Padri; tutti si propongono di imitarvi come esemplari maestri di vita religiosa; tutti si sforzano di conformare i loro costumi al vostro modello di vita.

Non appaia eccessivo o gravoso legarci e costringerci con i vincoli di queste sante regole e con le "catene" della divina carità, se consideriamo che il nostro Capo, Cristo Signore, volle, per la nostra salvezza, rinchiudersi nell'angusto seno della Vergine, essere avvolto da strettissime fasce, essere avvinto dai ceppi dei Giudei, anzi dei nostri peccati, e infine essere crudelmente inchiodato alla croce.

Per questo abbiamo lasciato i genitori, la patria, la libertà del secolo e tutte le cose più care, e abbiamo abbracciato questo genere di vita celeste, perché, morti al mondo, viviamo per Cristo e, percorrendo la via stretta della vita religiosa, conseguiamo infine, per la misericordia di Dio, la gloria immortale.

Questo senza dubbio accadrà pienamente e felicemente se, attuando accuratamente quanto abbiamo promesso a Dio e osservando scrupolosamente queste leggi e sacre disposizioni, percorreremo questo breve tratto di vita, come dobbiamo, nella mutua carità e nella reciproca concordia.

Non rimane ora che rendere, quanto più possiamo, infinite grazie innanzi tut-

<sup>117</sup> *Constitutiones ... est: ms om.*

<sup>118</sup> *Lex ... student: ms om.*

<sup>119</sup> *nos: ms add. iucundissimis ut ita dicam.*

<sup>120</sup> *parentes patriam: ms patriam parentes.*

<sup>121</sup> *quaeque: ms add. sponte.*

<sup>122</sup> *Dei misericordia tandem: ms tandem Dei misericordia.*

<sup>123</sup> *Quod ... percurrerimus: ms om.*

<sup>124</sup> *Deo: ms add. optimo maximo.*

*dum segregatos, tam praeclaro ac divino Constitutionum munere decoravit, quam maximas possumus, gratias habeamus et agamus immortales.*

*Tum vero tibi, Cardinalis amplissime, qui (ut alia innumerabilia a tua benignitate in nos profecta beneficia praetermittam) in his rebus<sup>125</sup> optime constituendis, nullis vigiliis nullisque laboribus pepercisti, maximas etiam omnes, et unusquisque singillatim, gratias et habere et agere perpetuo debemus.*

*Quod si minus re ipsa nos in te gratos ostendere unquam potuerimus, hoc unum saltem audeo polliceri, universam hanc Congregationem tot tantisque nominibus tibi [15] devinctam, pro felici rerum tuarum statu esse Deum pie et assidue precaturam, et dum eius nomen extabit, fore tui semper observantissimam.*

*Proinde vobis quoque, Patres optimi, et summopere gratulandum est, et gratiae<sup>126</sup> agendaae sunt vel maximae.<sup>127</sup> gratulandum quidem, quod nobis tam felicem rerum successum videre Deus concessit: gratiae vero etiam agendaae, quia vestra industria, vestra prudentia<sup>128</sup>, vestra<sup>129</sup> opera et studio in his rebus<sup>130</sup> conficiendis, de tota hac<sup>131</sup> Congregatione omnique<sup>132</sup> illius posteritate estis optime meriti.*

